Liber Georgy Zybothizsky

Da michi tua dona pulcherima virgo maria
Da spacium vite da diuicias sine lyte
Regnum celeste post mortem da manifeste

Licet cotidie vetera recentibus
obruant nonnulla tamen iam du
dum vetera precesserunt que sic
sui magnitudine vivaci sunt
digna memoria ut nec ea cecis
morsibus vetustas abolere pre
valeat nec exacti temporis anti
qua curricula sopita taciturnitate
concludant. Viget enim in illis pregres
sorum magnitudine continuata re
cordacio dum a preteritis in posteros ser
mo dirigitur et antiquorum scripta
fidelia conservatoria preteritorum preterita
velut presencia representant et viris
strenuis quos longa mundi etas
iam dudum per mortem absorbuit per
librorum vigiles lectiones ac si viverent
spiritum ymaginarie virtutis infun
dunt. Troyane igitur urbis excidium
nulla dignum longeui temporis ve
tustate detergi ut continuis recor
dacionibus successorum floreat in mentibus multo
rum scribencium calamus fideli scrip
tura depinxit. Nonnulli etiam ea
eius historie poetice alludendo
veritatem ipsius in figmenta converterunt qui
busdam fictionibus transumpserunt
ut non vera que scripserunt viderentur
audientibus extitisse [veritatem] sed pocius
fabulosa. Inter quos suis diebus
auctoritatis Homerus apud grecos
eius hystorie puram et simplicem
veritatem in versuta vestigia ar
tificia variavit fingens multa
que non fuerunt et que fuerunt aliter
transformando. Introduxit enim deos
quos coluit antiqua gentilitas
impugnasse troianos et cum eis fu
isse velud viventes homines debellatos.

Cuius errorem postmodum poete a...
in sequenti ut darent intelligi non ...
Homerum fuisse fictionum auctorem ...
multa de troia scribere presumpse
runt in libris eorum. Unde Ovidius
Sulmonensis prodigo stilo in mul
tis libris suis utrumque contexit. Ad
didit enim multa conficta commentis
intermixta veritati. Etiam non omittet
Virgilius etiam in opere suo eneydos et si per
parte maiori gesta Troyanorum de eis
tetigit sub veritatis luce narravit
ab Homeri tamen fictionibus noluit in
aliquibus abstinere. Sed ut fidelium
ipsius historie vera scribencium scrip
ta apud occidentales in tempore
futuro vigeat successive ad utili
tatem eorum precipue qui grama
ticam legunt ut separare sciant
verum a falso de hiis que de eadem
hystoria in libris gramaticalibus
sunt descripta eaque per Ditem gre
cum et frigium Daretem qui tem
pore Troiani belli continue fue
runt [in exercitibus presentes]
et eorum que viderunt fuerunt
fidelissimi relatores in presentem
libellum per me Iudicem Guido
nem de Columpnis de Messana
transumpta legentur prout in duobus
libris eorum inscriptum quasi una
vocis consonancia inventum est
athenis. Quamvis ante hos libel
los quidam Romanus Cornelius
nomine Salustii magni nepos in
latinam linguam transferre curavit
tum dum laborare colere brevis esse

[illegible] ptıculariа hystorie ipius
[illegible] magis possent allice anos
auditor\| presumma breuitate om
misisse videtur \| In hac igit serie
libelli totu innuemetur inscrip
tum quid de tota hystoria vniu
salit et ptıclarit gestu sunt \| q
fuit origo inimicitiar scandali
que aduersus frigios greciam
concitauit \| ut appellone greci no
magna grecia ytalia videlicet ut
voluerunt no nulli debeat con
prehendi \| dicentes aduersus tro
ianos et magna grecia .i. ytalia
qua appellamus hodie Roma
nia \| conflixisse \| cu pua scilicet
grecia et sola \| licet paucis alijs
sibi adiunctis venit expugnatu
ra troianos \| Put ipius hystorie
series p ea que infra legentur
apcius demonstrabit \| Erit q suc
cessiue describetur ipa \| qui re
ges \| et qui duces grecor ar
mata manu et qot nauibus
se impredcam exercitu contulerit \|
quibus armor insignijs vsi sunt \|
\| qui reges et duces in troiane
vrbis defensione aduenerunt \| qn
to tempe sunt ptractata victoria
qncies bellatum extitit et quo a
no quis in bello cecidit \| et cuiu
tu \| de quibus omnibus promaio
[illegible] ipe Cornelius [illegible] dixit \| nunc sup
est ergo \| ut ad eius narracionis
seriem accedamus. Rubrica

Rubrica \| Liber pm^s de peleo Rege thesalie
inducente maliciose Jasone ut se
conferat ad aureu vellus \| [illegible]

In regno thesalie de [illegible]
limitis Romanie cuius [illegible]
mirmidones \| dicti sunt q nos ho
die vulgari denoiacone solonicum
appellamus \| regnabat tunc temporis
Rex quidam iustus et nobilis
nomine Peleus \| cum eius consorte
thetide \| inconpata \| ex quor mat
rimonio processit \| vir ille tam for
tis tam animosus tam strenuus
denoiatus. achilles \| Hos mirmi
dones illi qui dicere voluerunt mag
na grecia .i. ytaliam in troiano
rum excidium deuenisse \| a[illegible]
esse dixerunt \| gens quedam videlicet
que in regni sicilie finibus ha
bitat constituta \| vnde prouincia
illa apud [illegible] dicta est \| Et ciuitate
thethi que in ipa prouincia si
ta est a predicta thetide nome
asserunt assumpsisse. Et dicere
sic plibent errare \| cum mir
midones habitatores thesalie
rugyssent \| [illegible] diuu post obi
tum regis Pelei patris sui natus achil
les in troiano bello multa cum
eis mirabilia bellicosa gessit \| si
cut de eis testatur \| Ouidius cor
origine fabulose commedans di
xit cum hos mirmidones .i. xiiij.
methamorfosi fuisse formicas \|
ad preces Regis thesalie \| diis
[illegible] in homines transformatas \|
dum diebus illis totum vulgus regni
thesalie [illegible] cuiusdam leti
fere infirmitatis lue finaliter
decessisset \| solo illo Rege supstite \| qui
dum in quodam nemore iuxta

radices cuiusdam arboris adhesisse
inspexit [illegible] innumerabilium formi-
carum discretibilibus aciebus / si ho-
mines redigi suppliciter postulavit
et in legenda beati Mathei apostoli
Mirmidones habitatores esse
Thessalie / in qua idem apostolus ali-
quamdiu moram traxit aperte mon-
stratur. Hunc autem regem Peleum
describit in hystoria quedam ha-
buisse fratrem Esonem nomine sibi
ex utroque parente coniunctum / et eo in
etate maiorem / qui dum longe-
ve etatis senio gravaretur / se
ipsum vix regere poterat et ideo regni
Thessalie gubernaculis [illegible]
longa [illegible] senectute constrictus renun-
ciavit et cessit [illegible] regni
Peleo fratri suo / post cuius Pelei re-
gimine Eson legitur per tempora lon-
ga vixisse / ita ut eo multa senec-
tute [illegible] / cuius oculi caligarent
et eius vigor corporeus summa
tabesceret senectute / quemadmodum dicit idem
Ovidius in eodem libro methamor-
phoseos postmodum iuventutis flores
et iuveniles potencias renovatum
ita quod de senili iuvenis factus fuisset
amiculus / medicabili cura et ar-
tificiosa virtute Medee de qua
Medea infra proxime longus ha-
bendus est sermo / ex hoc igitur
Esone superat quidam natus
Jason nomine vir fortis strenuus
et iuvenis et nimium speciosus / mo-
destus largus affabilis / tracta-
bilis pius / et omnium morum decen-
tate coruscus / hunc Thessalie pri-
mates et nobiles ac plebei terre diligebant

affectu / precipuarum virtutum excellencia sub-
amplexi / non minus quam regem Peleum venerantes [illegible]
[illegible] / Erat et idem Jason
non minus obediens regi patruo quam esset
patri si regeret / nec erat molestus illi
sed omni subiectione devotus / licet Peleus
sceptro Thessalie potiretur. Eadem quidem
ratione non sibi rex Peleus responde-
bat / qui licet signis extrinsecis eum
sibi carum esse monstraret ardebat
tamen et fluctuabat intrinsecus / ne eius vir-
tute sua / et in tanta affectione suorum
civium erga ipsum habebant / Jason eum
Thessalie regni dominio spoliaret.
longe igitur in mente / tecum sinavit
ardorem / quem sagaci studio te-
gere / ne actu aliquo publicatus
evagari posset extrinsecus / diu per
fatigabilem tolleranciam conatus est.
Sed multa exquisivit in corde
suo mira imaginata composita / qui-
bus posset Jasonem perdere
absque sui sigillacione pudoris.
Tandem de re mirabili debuit
illis per plurima mundi loca loquax
fama auribus plurimorum intonuit
ita quod in quadam insula dicta Col-
cos / ultra regni Troiani confinia
versus orientalem plagam qui-
dam aries habebatur / cuius vellus
erat aureum / ut fame preconium
perhibebat / Inhabitat igitur insulam reg-
nare dicebatur rex quidam Oe-
tes nomine vir potens et dives
sed etate provectus / hunc aurei
velleris arietem describit hysto-
ria / custoditum fuisse mirabili cu-
ra et studio dei Martis / cum in
eius custodia boves quidam

devocione subiectione

deputati fuissent / spirantes flam-
mas ex ore vomentes. Et quis
igitur hunc aurei velleris arie-
tem optaret habere / cum hiis bo-
bus necesse habebat inire certamen
et si eorum victoria potiretur / opte-
bat ipsum boves ipsos devictos iu-
go subicere / et eos compellere aratro
terram vertere in quo erat. Item devictis
bobus ipsis et arare coactis / ne-
cesse iterum habebat in quendam dra-
conem squamis horridum / et flam-
mas igneas exalantem irruere
/ ipsumque bello cum illo commisso peri-
mere et eo perempto dentes a fau-
cibus eius avellere / et eius dentes
serere in predictam terram a bobus a-
ratam / ex hinc agri semine seges
mirabilis pullulabat / nam exsur-
gentibus statim quidam armati
milites nascebantur / ferum bella
inter se illico committentes / qui se
pernitiosa mutua perimebant / pro-
pter que pericula distincta et non parva ali-
os tramites portabat predictum aureum
vellus haberi / ac omnibus volen-
tibus predicta subire certamina / Rex
Oetes liberum faciebat aditum
exhiberi / Quid quod enim sit de aurei
velleris ariete dictaret hystoria /
assentes tamen de eo aliter sunt testa-
ti / Dixerunt enim Oetem regem
cumulum thesauri magni posse-
disse / et possessum custodie traditum
memorate / per incantacionum tamen
figmenta et artes mathematicas
constitute / Huius enim thesauri cu-
mulum pernitiosa ingluviem

et avaricie cupiditate que omnium
malorum est radix / multi strenui sibi
querere voluerunt / sed impugnantibus
incantacionum noxiis / non thesauri com-
pendia sed finalis sibi necis dispendia
quesierunt / Ut igitur de aureo vel-
lere ad regem Pelleum fama pervenit
/ tanto discrimine quesito / statim ad
illud curiosum erexit animum diligenter
attendens quomodo tutiori via / et sine
sui ~~ponderis at~~ pudoris labe
non posset tradere Jasonem fatalius
/ ad perdendum / assumpsit consilium
qualiter Jasonem hortaretur ut a sue
virtutis ~~iuventutis~~ strenuitate / iuvenilis
confidentiam ad aurei velleris que-
stum se voluntarie conferret / Decre-
vit ergo in celebriori civitate The-
salie sollempnem curiam celebrare
/ in qua multitudine baronum
et militum non modica confluente
curia ipsa triduo perduravit / tercia
vero die / Rex Peleus vocatum ad se
Jasonem in presencia eorum nobilium / sic eum
allocutus est dicens / Satis quidem
glorior care nepos de dominio regni
Thesalie tam excelsi / sed multo pocius
reputo me gloriosum / de tanti
strenuitate et habilitacione ne-
potis / cum tue virtutis excellen-
cia vicine provincie ipsius fere
testificacione cognoscat / et eam fa-
ma veriloqua relacione conti-
nua predicet remotis / Est enim
thessalonicorum regni et mei pocius
honor et gloria cum te salvo / regnum
thesalie timeatur ab omnibus / et
te vigente nullus ipsum invadere

audeat inimicus. Porro virtutis
tue gloria in sublimi me ponet si
aureum vellus quod Oetis regis pote-
ncia tenet inclusum te potente
in regni mei claustra posset ad-
duci quod pre te non ambigo satis de
facili fieri posse si laboris onus
animosus assumes et orationes meas
acceptas non abduces exequenda
que si perficienda decreveris tibi
singula opibus magnificis necessaria pa-
rabuntur et apparatu maximo et
comitiva multorum quos de regni
melioribus duxeris eligendos. Ac-
quiesce igitur verbis meis et horum ma-
ndatorum meorum operarium te exhibe-
as graciosum ut in conspectu meo de
cetero maioris dilectionis appare-
as et de tue strenuitatis fama.
Leteris in maiores apices sublima-
ri nec erit expers a magne tue
utilitatis compendio efficax labo-
rimus nam veris pollicitacionibus
et non fictis te certum efficio quod
me deficiente te futurum here-
dem in regno Thesalie statuam et
me vivente non minus me ipsius
regni dominio pocieris. Intellectis igitur
a Iasone singulis que instantorum
pericula continebant, Rex peleus pro-
tulit gaudio exhilaratus est mul-
to non attendens insidiosas regis
astucias et eius dolositatis la-
tebras non advertens ratus que
dixerat de pura regis consciencie
cellula processisse. Parens iussu
honoris merenda sublimia quod
iussu decreverat proponit. Confisus
igitur de sue strenuitatis au-
dacia, vi reputans impossibile sibi
esse quod regis fallax auditas
exposcebat regis mandatis se
promptum constanter exhibuit et se in-
fallibiliter impleturum exposita
cum omni devocione promisit. Le-
tificatus igitur peleus ad grata
sui responsa nepotis sermonis fi-
nem imposuit, appetens exequi
vota sua post promissa predicta quibus
fortuna alludere iam pre-
sensit. Considerans quoque quod Colcos in-
sula mari circundata adiri non po-
terat nisi cum vasis navigalibus
aptis ad maris discrimina susti-
nenda iussit ad se vocari de regno
Thesalie quendam fabrum Argum
nomine lignorum artificii multa di-
screcione ingenium qui ad regis
iussum mire magnitudinis quan-
dam navim in multa congerie lignorum
construxit que de sui auctoris no-
mine ipso vocata est Argon. Hanc
quidam asserere voluerunt primam
fuisse navim que primo velis insti-
tutis adire loca remota presump- (+ que liber)
sit. Et ideo quod fuit navium mag-
na que transmeare maria velis
dicitur elevatis Argon cognominari
voluerunt. Parata igitur navi pre-
dicta et immissis in ea singulis ha-
bundanter que causas navigationis
exposcunt, multi nobiles de The-
salia multa strenuitate conspicui
cum eodem Iasone ingrediuntur
in ipsam. Inter quos fuit ille vir ille (Nota de hercule et eius
vere fortissimus virtuosus et for- strenuissimus)
tis hercules nuncupatus, natus
ut scripsere poete ex Iove et

alcmena amphitronis uxore hic est ille hercules de cuius mirabilibus actibus plurimas mundi partes sermo dirigitur qui sua potencia infinitos gygantes suis temporibus interemit et in ulnis suis intollerabili strictura suum examine fortissimum confregit antheum hic si credere dignum est intrepidus portas adiuit inferni et custodem eorum canem cerberum violenta manu ab illis extraxerit quem tanta pulsione perdomuit ut madefactus totus sui veneni spuma digesta provomuit multas mundi partes infecit letiferis attonitis Et quia suorum actuum longa narracio posceret longa expectacione auditorum animos abstraheret ista de eo sufficiat tetigisse cum et rei veritas mittam de sua victoria acta per mundum miraculose divulgatur quod usque in hodiernum diem usque quo victor apparuit columpne herculis testantur ad gades ad has columpnas magnus macedonius alexander regis philippi filius qui etsi de stirpe regum thesalie quam macedonia similiter dicta fuit productus subiugando sibi mundum in manu forti legit pervenisse ultra quos non est locus adibilis cum sit mare magnum occeanum indelis quod per angustum locum ibidem per medium gremium habitabilis terre nostre sepissime infundens mediterraneum nobis mare constituit per universas mundi partes a nobis navigabile ut videmus quod licet ab ipso loco infusione recipiat effusum litoribus circumscriptis clauditur in quibus civitas dicionis nostre potissime recipit navigantes Hunc locum angustum a quo primum hoc mediterraneum mare dilabitur viri hodie navigantes strictum sibile nominant sive strette et locus ille in quo predicte columpne herculis sunt affixe dicitur saracenica lingua saphi id est quidam locus a quo sufficit ultra non ire Tempore tamen quo a rege peleo Jasone navigandi licencia nova sulcat maria cum hercule et suis complicibus navis nova tamen vela dum secundus ventus inbuit et eius inflat afflatus loca thesalie cognita deserit inaudecito et ad incognita maris loca citius desilit velocissimo cursu suo multis itaque diebus ac noctibus navigantibus illis subductum thesalia philosophi discrete notantes stellarum cursum visibilium exortum iuxta polum maioris urse inde licet et minoris que nunquam occidunt cum auge minimo suum cercita poetarum stellam illam quam navigantes tramontana appellant poete dixerunt esse stellam extremam posita ~~cum stella~~ in cauda urse minoris et maiorem ursam navigantes ipsi currum nominant et augeum dicunt esse magnum de quibus ursa maiori scilicet et minori Ovidius in suo methamorphoseos fabulose commemorans dixit calistodam et archadem filium suum has mutatos in ursas vocantur et hec

stelle septemtrionales dicuntur sunt septem stelle iuxta axem. De quibus Ovidius sic dixit: Nunc honeratas summo mea in sidera celo. Videritis stellas illic ubi circulus axem Vltimus in noluit spacioque brevissimus ambit. Et nos si lese tangit ex tempore aliquem ex gurgite ceruleo septem prohibere triones. Noverat enim philotetes stellarum cursus et motus si aliquis et illis. Tamquam ille qui in navigacionis erat permultum expertus. Et ideo aura secunda perflante tam diu velis remige navigavit donec ad horas frigias regni troiani ~~ves~~ nunc videlicet provincias, nova navis applicavit in portum. scilicet qui tunc dicebatur ab incolis symeonta. Explicit

~~Liber secundus in quo agitur qualiter Jason et hercules applicuerunt in frigiam et de portu turpiter licenciati fuerunt per regem laumedontam, et regnante troia, et inde discedentes pervenerunt ad insulam colcos~~ Secundus liber

6 Greci autem maris fatigacione lassati, ut pervenerunt in terram sicam descendere quietis causa sicienti animo voluerunt et descendentes ibidem recentes aquas a fontibus hauriunt et ibidem maioris refrigeracionis gracia morari per dies aliquos statuerunt, non ut incolis molestiam aliquam inferre disponerent nec nocivis dispendiis eos ledere aliquatenus attemptarent. Sed invida fatorum series que semper quieti inimicam est molesta ab inopinatis insidiis sine causa inimiciciarum et scandali causis traxit propter quas tante cladis diffusa lues orbem terrarum infecit, ut tot reges et principes bellicosa nece succumberent et tanta et talis civitas quanta et qualis extitit magna troia eversa fuisset in cinere, tot viduatis mulieribus viris suis, orbatis parentibus tot pupillis, et demum iugo servitutis adductis, Grecis eciam quamvis inter tot cladis angustias victoria potita fuisset, eius tamen victorie premium per tempora longa deflevit, ruinam scilicet sue gentis et necem et suorum exterminium meliorum. Nam si dixeris tot mala grata fuerunt, primordialis tamen causa eorum tamen nulla tamen extitit levis animos non inmerito perturbat humanos ut pro culpa tam levi tante debitatis pena meruisset infligi. Nisi benigne forsitan diceretur ut precedentis mali congeries esset boni edificacio subsequentis. Cum ab huius mali per troie casum tanta bona processerint ut ipsa troia deleta insurrexerit, tamen per quam Romana urbs que caput est urbium per troianos exules facta extitit vel promota, per eneam scilicet et ascanium natum eius, deinde Iulium et nonnulle alie provincie per tempus per troianos receperunt incolatum, qualis est anglia que a bruto troiano olim britania dicta ~~est~~ legitur habitata fuisse, qualis est francia que post troie casum a franco rege successor qui iuxta Renum magnam condidit urbem quam franciam, et regnum et totam eius provinciam ex suo nomine appellavit, habitata narratur. Et veneciarum urbem inhabitavit ille troianus athenor habitacione eciam

Siciliam legimus non exceptam que primo a rege sicano qui in siciliam a troia pervenit habitata describitur. Unde sicania dicta fuit

Et postmodum eo a Sicilia recedente, relicto in Sicilia fratre suo Siculo, unde postmodum Sicilia dicta est. Tyrrenus autem in Tuscia, quam multarum gentium habitacione replevit. Et in regno Sicilie prope maritima confinia supradictus Eneas civitates multas legitur condidisse, quarum est Neapolitana civitas, et Caietam in nomine nutricis sue Caieta. Dyomedes eciam, licet fuerit de Grecia oriundus, qui in troiano bello tanta de se miraculosa commisit, Troia deleta, dum in regnum suum recipi minime potuisset, inhabitavit Calabriam, cuius socios narravit Ovidius Venerem propter sui filiam in volucres transformasse, et in Calabria a Dyomede delatas, de quarum avium genere dicit Ysidorus multas fuisse productas, que aves dicte sunt Dyomedee, et adhuc namque habitantes ut cognoscant hominem latinum a greco discernere, quare grecos Calabrie incolas colunt et latinos effugiunt si qui sunt. Sed si tanta perdicionis fuit subsequentis boni causa finalis, humana mens habet indubiam. Subsequenter scribit hystoria de Jasone et Hercule cum suis in portu quiescentibus Simeontis. De eis ad regem Laumedontem troianum fama pervenit, quod gens quedam troianis incognita, scilicet gens grecorum, novo remigio Frigias partes intravit, exploratura forte archana regni troiani, vel forte potius Troie perniciem vastatura.

Erat autem diebus illis Troia non tante magnitudinis qualis fuit postmodum denuo fundata, et in ea regnabat tunc rex potens Laumedonta nomine, qui sumpto dapiferorum [vrina] nostrorum consilio, quod [crossed out] nondum fuisset, legatum suum in continua multorum ad Jasonem destinavit, quo ad Jasonem veniente, legationem suam explicavit in hec verba: Rex Laumedonta huius regni dominus de adventu vestro valde miratur, quare terram suam intrastis ab eo licencia non optenta, cuius est intencio eam sub tranquilla pace tenere. Hoc instantissime mandat vobis, ut incontinenti debeatis terram eius exire, ita quod adveniente die sequenti sciat vos ab omnibus terre sue finibus recessisse. Quod si mandatorum suorum vos feceritis contemptores, procul dubio noveritis ipsum inferre suis in offensionem dampnum inferre et in depopulacionem rerum etiam dare et finale dispendium personarum. Postquam vero Jason totam seriem legacionis audivit, et totus excaluit [excaluit] in ira et dolore cordis exacerbatus intrinsecus, antequam ad legacionis dicta verba mutua retorqueret, conversus ad suos sic locutus est eis: Laumedon rex huius regni dominus mirabilis dedecoris iniuria nobis infert, cum absque aliqua offensionis causa nos cito a sua terra mandavit, ita quod si eum regis nobilitas decuisset, nos mandare debuit honorari. Nam si casus similis eum in graciam adduxisset, fecisset sibi allatum a grecis non dedecus sed honorem, sed ex quo sibi

magis dedecus q honor aplau
sit| nos etia applaudamus| et illi
ut abeimus finibus recedamus
cu posset contingere et leue sit q
eius enorme consiliu sit carissimo
pcio redempturus| deinde cotumna
tis verbis conuersus ad nuncium dix
illi| O amice legacionis tue verba
diliget audiuimus| et dona que
p rege tuu nobis mode nobiliu
sut transmissa| recepimus sic decz
deos inuocamus in rei veritate testamur
no exposito tranm tui regis misse
ut offensa ingereremus i aliq
more predonis violencia illatu
ri| s tu ad remociores ptes con
ferre nos impig intendamus
necitas in hunc locu diuertere
nos coegit| dic g° regi
tuo| nos de tra sua recedere|
sciturus pcto q. et si no p nos
potuit forte p alios| qui puteri
iniuria nobis illata audierint|
condecente gram obtinere| Hercu
les no verbis Jasonis no cotentus
regis nuncio retulit hec vba
amice quisquis es| securus re
feras regi tuo| q ad plus die
crastino de tre sue stacone pe
nitus discedemus| s sequtis trij
anni dies no erit| exitura dies illa
qua nos uidebit si uiuet ipsa
velit nolit ~~[illegible]~~ tra| ancho
ras iecasse| et dedanda tunc nob
recedendi licencia| no erit sibi ple
na libertas| cu tal lris ad puis
inchoauit cone| q prusq de ipa
~~potuit [illegible]~~ victoria| ignominiose
dedecoris pondere desineretur| Cui
rege nuncius respondendo sic dixit| tur
pe satis est strenuos et precipue no
biles minaz sagittas emittere| nec
michi qui sum missus ad vos est
commissum a rege| ut erga vos liti
giosis verbis insistam| dixi vobis
que michi commissa fuerant| si sa
pient agere placz| vobis do co
siliu bonum| q vobis ab hac tra
recedere no sit graue| prius q
possitis incurrere quiuora| cu ~~bonu~~
no sit psonas pdere| que sepiut
~~consilio salubri~~ tueri| Et postea
a grecis petita licencia| sum re
meauit ad rege| Jason uo et her
cules nulla mora protracta| phi
lotete uocato| iubent anchoras
a mari subtrahi| et omnia ~~erige~~
que intra adduxerant| causa ce
tis| sciebant eni si voluissent i
frigios insultare| se eis no esse
in congressu pares| equales i vi
ribus| n impotencia fortiores| ar
gon ascendit et eleuatis velis dijs
~~flantibus~~ frigie deserunt littora| ~~et~~ et
~~[illegible]~~ maria| ventis
afflantibus prosperis| no post multos
dies i calcos insula salui puene
nt| et desideratu feliciter portum
intrat| In insula igit calcos erat
tunc temporis queda ciuitas
noie Jacomites caput regni ip
sius magnitudine constituta| vrbs
valde pulcra| muris et turribus
circundata| fabricatis multis in
signita pallacijs| plena ppto
copioso| et insigni multoz nobiliu
incolatu| In hac igit vrbe degebat

(margin: al leue; salubri sc consilio sc; collige; ducibz; et sulcantes; sit superare)

regaliter rex Oetes / in multorum com
itiua suorum / cum non longe a ciuitate
ipsa nemora multa uirescerent ap
ta quidem venacionibus ob mul
tarum ferarum copiam / iugis eciam virescen
cium nemorosis / in circuitu vrbis am
bitu longa patebat distincta pla
nicies florigeris viridarijs illustr
ta / Diuersarum aquarum fontes ibi in
numerabiles scaturiebant / et cum plures
fluuij continuis cursibus profluen
tes riuulos eandem planiciem irri
garent / quare multarum vernacium aui
um copia vigebat in illa / multarum
volucrum cantilenis incessanter ibi
dem dulci modulamine personabat
Ad hanc igitur ciuitatem Jason et Her
cules cum eorum comitibus regaliter
et decenter induti tramite recto se
contulerunt / qui dum per plateas ciuita
tis ipsius dyametro longo patentes
tes moderatos gressus laudabili
composicione maturarent / Miratur
vulgus in illis illic conspicere tot regios
apparatus tam conspicuum in eis flore
re iuuentutem / sic modestos in
eorum incessibus et in apparencia
tot moribus pollere / Curiosi quo
que disquirit vulgus qui sint
vnde sint / que causa sit adue
ntus ipsorum / Dubitantibus quoque illis
nullus est qui causam aduentus eorum
aperiat. Donec regij pallacij portas
attingunt / Rex autem Oetes innate
sibi nobilitatis genere non oblitus
statim / ex quo sibi grecorum aduentus
innotuit / solio consurgens a regio
grecis obuiam in multorum comitiua

suorum exiuit / quos fronte hylari
et leta facie recipiens fouet am
plexibus / signis salutacionis ex
hilarat / et indultum verborum omni
um placidas amicicias illis spon
det / qui postquam per gradus marmo
reos loca sublimia ascenderunt /
pallacia intrant / et cameras varijs
picturis illustratas et appositi au
ri mirifico fulgore nitentes. Post
modum vero est eis concessa seden
di facultas / Jason vero multa
curiositate repletus et immodesta
pronunciacione verborum aduentus sui
causam Oeti Regi exprimit / et aurei
velleris ordinata discrimina sub sta
tuta legis imposite humiliter temp
tare deposcit / Cuius autem Rex beni
gne petitis obtemperans se imple
turum vota Jasonis non negauit

Liber tercius de Medea quo amore
Jasonis capta fuit et deinde au
reo vellere ipsum seriose instruxit

Paratis igitur in multa rex
libertate cibarijs / sternuntur
mense super appositis ciphis au
reis multis illis in munere commo
ditate reficiendi / Rex cupiens omnem
sue nobilitatis gloriam grecis osten
dere / pro quadam filia sua mittit /
vt veniat iocunda celebratura
conuiuia cum nouis hospitibus
quos ipse Rex cum multa iocundita
te recepit / Erat enim Oetis regis
filia Medea nomine virgo nimium
speciosa / prima genita, et sola futura
heres in regno que quia ad

anos nubiles peruenisset et facta ia
thori matura / a primis tamen annis
se tota exhibuit liberalium artium
studiosam doctrinis / sicque tota cordis
auiditate fontem bibens elicona
/ ut nullus nec nulla ea doctior
posset aliis temporibus reperiri /
sed eius margarite sciencia ex qua po
cius pollebat / erat ars illa
mathematica / que per vires et
modos exorzizacionum nigroman
ticos / lucem vertebat in tenebras
subito ventos inducebat / et plu
uias ~~et~~ coruscaciones et grandines
et timidos terre motus / fluuiorum
aut decursus per decliua loca
labentes ad superiores partes reflu
ere et redundare cogebat / hy
emali etiam impugnacione fron
dibus arbores spoliatas / compel
lebat in ipsa turbinis tempesta
te florescere / iuuenes faciendo
senescere / et senes ad iuuentutis
gloriam peruenire / hanc credere
voluit antiqua gentilitas / lumi
naria magna scilicet solem et lunam
sepius coegisse / et contra naturalem
ordinem eclipsari / nam secundum astro
logie veritatem / de qua ipsa doc
tissima fuisse describitur / sol de
currens sub ecliptica cursu conti
nuo eclipsari non habet nisi cum
fuerit in coniunctione lune / in cauda
vel capite draconis / que sunt que
dam intersecciones cuiusdam circu
li celi et aliquo alio ex planetis /
nam tunc opponente se luna inter

secundum

aspectum nostrum et solem corpus solis
nos videre visione solita non per
mittat / secundum quod de hoc magne discre
cionis egregius egipcius ptolo
meus / ipsa tamen per sue incantacionis
~~vires~~ hec accidere fecisse narra
tur / ~~nam cum~~ sol erat in coniunctione
lune quam nos vulgariter dicimus
cum luna se voluet / sed cum erat in
eius opposito ab eo / ea per septem
signa continua extitit remota / sic
cum luna quinta decima appellatur
Sed ille fabularius Sulmonensis
Ouidius / sic de Medea Oetis re
gis filia de ipsa fabulose comme
morans tradidit esse credendum / quod
absit a catholicis Christi fidelibus cre
di debere / nisi quantum ab Ouidio
fabulose narratur / nam ille summus
et eternus deus / qui in sapiencia hoc
est in filio cuncta creauit / celestia
corpora planetarum sub ipsa lege di
sposuit / et ea statuens decretum eis
preceptum imposuit / quod non preteribit et
hinc est quod solis eclipsis contra natura
lem instituta nunquam legitur accidisse
nisi cum incarnati dei verbum seipsum
pro nobis humiliter exposuit passioni /
quem cum meruimus pati bulo tra
didit spiritum / eclipsatus est sol lu
na tunc non existente ~~coniunccione~~ sua
cum velum templi scissum est facto terre
motu terribili / et multa tunc sanctorum cor
pora surrexerunt / vnde cum diebus illis
Dyonisius Ariopagita summus phylosophus in a
thenis viueret apud athenas et esset
in gymnasiis studiosus licet esset infectus
gentilitatis errore / videns tamen in
Christi passione solem eclipsasse / stu

prohibuit

viribus

non enim

in coniunccione

perfectus sic dixit aut deus non pati
aut tota mundi machina dissolve(re)
Hic enim verus et et eternus deus tunc
est posse naturalia queque dissolvere
et cogere in lege non peccare. qui
sola vnius fidelis sui petitione seu
prece cursum solis undanam contra
naturalem institutorum ipsius scilicet ad
gabaon figi et stari mandauit.
Hic autem hoc de medea secundum fa
bulas ideo ponitur qui dea sic fa
bulose fuisse prius hystoria non
omittit. cum et ipsam fuisse in astro
nomia et nigromancia peritissima
non neget. Medea autem precepto patris
audito quod quanto esset virgo minimum
speciosa conata est ut mulierum
est moris speciem addere speciei. per
sponsa scilicet ornamenta que compta
preciosis ornatibus et regio ap
paratu decora gradu ad discu
benciu(m) mensas accessit. quam sede
mixta Jasone illico iussit pater.
Set o misera infatuata nobilitas
que verba mutat labiis in honorem tui
sapientum et tui decoris penalita
tate iactura. Nunquam sapientis est
credere constantie puellari aut
sexui muliebri. qui nullus amorem
curriculis novit captare constan
ciam. cuius animus semper existit in
motu. et precipue sunt pubescentes
uacillaciones antequam viro mulier
facta viri potestas misceatur. Semper
enim mulier animum suum viri appetere
sicut appetit materia semper formam.
O utinam materia transiens semel
in formam posset suo dici contenta
formato. set sicut de forma ad for
ma ad formam recedere materiam notum
est sic mulieris concupiscenciam dissolutam
procedere de viro ad virum vti esse
creditur. sine fine cum sit quedam pro
funditas sine fundo. nisi forte pu
doris labes aliqua abstinencia lau
danda in ea continuit sub timore hone
statis. O rex oetes ductus au
dacia tenere puelle latus extranei
viri lateri consuisti. Si sexus fra
gilitate ex ea discussa libasses
in mente. Sedem vnicam regni tui
in nouissimo nauigio in extranea reg
na delatam sub tanto dispendio
non flevisses. ut filia simul et
semel et thesaurum tui in audito cu
mulo spoliaveris. Quid tibi profuit
martis custodia aduersus frau
des mulieris et dolos. Sed quia
quod futurum erat forte dixeris mitare
nullatenus potuisse. Iussisti filiam
tuam cum Jasone comitari com
uiuiis statuistique Jasonem participem nate
tue in celebracione ciborum in qua quid
tibi proinde ventura successit. ecce
subiungit hystoria successivis cogni
os et incognitos non omittens. Sedente
igitur medea inter regem patrem et
Jasonem licet multo esset rubore
perfusa. temperare non potuit suorum
acies oculorum. quin cum potuit corum
intuitu versus Jasonem dulcibus
aspectibus retorqueret. sic eius faciem
et crustancias faciei flauos crines
corpus et membra corporis
intentis ymaginacionibus contempla
do. quod repente in eo concupiscentia ex
arsit. et fervente amoris in animo se
cretum concepit ardorem. non illi causa est

compto



coniungi

ingenioso

ciboꝝ nescit dulcedine n̄ gustare
pocula mellifflue pocionis / est em̄
sibi tūc cibus et potus Jasonis
dulcis aspectus / qꝫ totū clausum
gestat in corde et incensis amore li
bidinis repletus est stomachus
ventris eius / Cū igit inspiciebat
ab alijs / q̄ intuebant ea ciboꝝ gu
stibus se tetigisse / attribuebat eā
no amoris cā / hec tn̄ ipa procede
ꝫ sola forte rōne ruboris / Medea
g° tanti fervoris exaspata cupidi
ne conceptū om̄e satis conatur
obtegere / ut nō solū ab alijs a qui
bus inspicit̄ capi forte possꝫ sed
eciā a seipa cōprobabilis excusacōis
argumenta p̄dicit / quibus illud
qꝫ nephas possit esse virgine ex
cusabile censeat inspicis / unde est
qꝫ tenui sono suos eburneos intra
dentes collidit / hec verba / O utinā
iste grecus tā speciosus tā nobilis
michi maritali copula iungetur
ut sibi ipa ~~daret intelligere~~ intelligi
et in culpabili affecōne illud appetet
qꝫ culpa et crime nō carebat /
Cor em̄ mulieꝝ semp est moris
ut cū inhonesto desiderio virum
aliqꝫ appetit / sub alicuius honestatis
velamine / suas excusacōnes inte
dat / Consumi igit̄ fine festo Medea
de sui p̄ris licencia cameraꝝ suaꝝ
intrat archana / et Jason et hercu
les quadam eius pallacij recipi
untur in camera iussu regis / Medea
aūt in suo secreto cubiculo sola p̄
sistens ex concepti amoris flāma
vexata anxietate torquetur mul
ta / et multis fatigata suspirijs /

satis sollicite cogitat in seipa quō
sui ardoris flammis possit occurre
p̄ satisfaccōne ipe ~~voluptatis~~ / sed (voluntatis)
virginei pudoris pusillanimitas deuic
ta cedit audacie / cū in ea pugnēt
amor et pudor / Instat amor ut
audeat sꝫ ignominiam pudor ne
tat / et sic duplici vexata conflictu /
sui laboris dispendia p tota ebdo
madā sub taciturnitate deflevit
Sicut qꝫ est ut qꝫ a fortūe inijs que
fine accelerat ex seipa / p̄cessit qꝫ
extitit Medee notis illud acceptū
qꝫ quadā die cū eēt dici medi
um / Rex Oetes insectātioꝝ co
mitiva suoꝝ / cū Jasone et hercule
de multis multa / sua consortia
p Medea filia sua misit ut ueniret
ad illos / qua mappatu regio veni
ente insiti venustate ruboris
iuxta p̄rem ipo iubente consedit
cui sꝫ blando sermone mādꝫ ex
plicavit ut cū Jasone et hercu
le more virgineo verba solacio
sa conferret / que pudibunda quādo
p̄ris surgens a late iuxta Jasone
sibi sedere elegit / Jason aut ut
vidit Medeam iuxta se consedisse
festus et hylaris et medico relicto
spacio sessionis secedens parum
magis ab hercule Medee lateri
fit p̄pinquior / Rex aūt Oetes et asta
tes ceteri / multe confabulacōnis
amenitate diē ~~claudunt~~ et her (recludunt)
cules cū astantibus corā eo multa
sermocinacōne de pluribus conferebat
sic qꝫ inter Jasone et Medea nullū
erat medium / cum eis possꝫ obice sibi
vicissim colloquiū ~~esset~~ / alicui impe
dimi / Medea igit̄ quasi ī solitudis

hilaritate alloquendi Jasonem apta commo
ditate captata | videns ceteros
inter se ad colloquia diversa vacare
timorosi pudoris sarcina et hone
state deposita nonnullis verborum
egressibus sic est Jasonem allo
cuta | Amice Jason non reputet
tua nobilitas inhonestum nec vicio
feminee dissolutionis asscribat | no
si forte velit ignota tecum conferre
primo | et me in honesta iteri
tione verborum affecto ad tuam no
ticiam provocare | Dignum est equi
dem ut extraneo nobili in negocio
salutis remedium tribuatur | a
nobili nam prodesse nobilis no
bili exquacunque minima urbani
tate tenetur | scio enim te no
bilem | et adductus audacia nunc
mihi regnum istud pro obtinendo
aureo vellere petiisti | pro cuius
questu scias te discrimini mani
festo submitte | et infallibilis mor
tis periculo subiacere vita tua
quia tue nobilitati et iuvenili ca
lori compacior | et desidero tibi
salutis consilium et auxilium utile
ministrare | per quod ut illesus
a tantis periculis evadas | et
adoptatos tue patrie lares in
columnis valeas gratia prospe
ritate redire et hec tibi deleam
perfutura cognoscas | si preceptu
li cordetenus eos mortus amplec
teris et efficaci studio duxeris exe
quendos | Impromo igitur vultu et
explicatis brachiis Jason ad
offerentis verba | sic humili voce re
spondit | Ha nobilissima mulier
domina vobis devotissimo corde
meo humiles grates fundo | quod la
boribus meis compati nobili
expositione monstratis | cuius vero
causa beneplacitis vestris me to
tum expono | tamen sint multo ma
gis omnia gloriosa | que non petita neo
precedentibus beneficiorum meritis tri
buuntur | Cui Medea | Amice Jason non
nosti quanta sint in aureo vellere
querendo | constituta discrimina | Verum
fama forte veritatis ignara ti
bi causam ipsam veram non propala
dit mapto | Quoniam eius facultatis
obtentus vix aut nunquam morta
li cadit in homine | cum sit domina cu
stodia eius | et non sit in homine
plus posse | quam sit virtus expug
nanda deorum | quis enim illesus
evasit | ab obviis flammas evo
mentibus igneas | que fortune
casus adversus ipsos irruere sa
nulo presumptionis induxit tamen
adversus illos insultans subito
conteratur | tanquam extinctus fumo
sa pereat in favilla | quod si tam levi
ano attemptare iuvenili presumpsi
sti magna fatuitate deduceris
tamen precium tanti rei morte pla
constat | abstrahe quo Jason si
petis agere sapienter | a tam infausto
limine pedem tuum | et ne attendas
ad letifera discrimina que tue vite sunt

per quod

Lumina finaliter ablatura. Jason
autem velut impaciens ad Medee
verba commotus ne plura huius si-
milia verba diffunderet eius ser-
mone interpellat. Et eius serie
interrupta sic intulit. O tam nobi-
lissima domina michi vestra forte
verborum examinare me creditis
ut dictis incussionibus stupe-
factus ab incepto desistam. Michi
si fieret utique posset aliqua gloria in
ta mea. Sane vivus vivat
talis semper in opprobrio inter gentes et
omni exutus honore laude perpetui
dedecoris inlescere ubertate est
aut propositi mei ctum morti me
tradere. Si mors est precium tante
rei, ita providetis viri proprium esse
debet ex quo aliquis cepti propo-
situm publicavit in actu persone
nece vite. Sub specie ab incepto ignominiose
se desistat. Cui Medea: Est ergo
Jason illa tui propositi certitudo ut
morte affectes persone inte tue
integritatem vicinius discimus timere
incerta manifesto pericula tue facilitati
compacior et erga te presumere
nimium inconsiderate commoneor vi-
sceribus pietatis. Ergo propono com-
paciendo tibi benigne tue salutis
antidotum conferens persone presens
mei et meo pudori non parcere
nostre saluti. Sed demum huiusmodi ita ame
beneficii graciam consequeris. Si mori-
tis meis acquiescere pure spondes
et exequendis que diximus falla

tys non uteris. Ad hec Jason no-
bilissima domina quecumque decreve-
ritis me facturum infallibiliter ad-
implere vobis spondeo, deosque
contestor. Cui Medea: Si me copu-
laveris tibi in uxorem si me ab hoc
proprio regno (Jason) eduxeris ~~Jason~~ in tuam
patriam delaturus, si me fidelis
non deseres, te adiuvabo perfecto
faciam et tractabo quod de aurei
velleris obtentu finaliter tuum
votum adimplebis, totis adve-
nientibus malis et periculis a-
nullatis. Sola sum enim inter
mortales alias que possim
virtutes martis eludere, et
eius potencialiter institutis per
contraria artis potencia obviare.
Ad quam Jason: O quam magna
et inestimabilia bona sunt
illa que michi nobilis virgo
promittis datura. Te michi vi-
delicet que inter alias preciosas
electe pulchritudinis prerogativa
refulges velud rosa punicia
que veris temporibus flores
ceteros quos varius campestri-
bus sponte natura produxit suorum
titulorum insigniis antecellit,
et me liberare promittis a tantorum
malorum noxiis aureo ariete
quesito. Scio tamen me iustum non
esse precium tante rei. Et qui do-
na tam cara gratis offerente for-
tuna renuet? Nimirum dici posset
premere fatuitatis insania penitus

agitari. Sed tamen nobilissima mulier ex ime a virum vobis similem et de notum sponsum expono et fac turum singula que vera dixerim electo puram et intemeratam fidem promitto. Medea vero talis oblationis exhilarata sermonibus sic ad offertis verba respondit iterato. Amice Iason de tuis pollicitationibus certa effici et omnino secura non vano corde desidero et ut mihi meteam meam tuteris assecurationis fulciam firmitate, peto pre ceteris quecumque dixisti tuo sacramento firmari. Sed tamen adeptus sic locus nobis habilis non putetur, differendum hoc puto dum optatum tranquille noctis caliginem que ad committendum occulta se prebet desiderantibus habilem et a conspectu hominum multos excusat. Et ea igitur commodosa nobis superveniente per mei secretarii nuntium requisitus ad meam cameram tutius accedes in qua securam me facies de promissis per sacramenta deorum, ita et me assecuratam hoc modo de interpositis habere poteris sicut tuam, et tibi de tuorum factorum processibus et ipsorum executione finali per me plenius instrueris. Cui Iason statim hanc compendiosi breviloquio sic conclusit: Nobilissima domina sicut dixistis fiat vobis et mihi. Ambobus ergo cedentibus ... sermonum Medea abhinc ... petita licentia pre rege cetera salutato multis assequata comitibus in cameram se redivit.

De Medea instruente Iasonem de aurei velleris capiendo et medelis ad pugnam. De aureo vellere

Iam diei medium plus post tergum reliquerat et suorum flexis habenis equorum adeptus occidentis iam vergebat ad casum, cum Medea sola persistens in camera que dixerat Iasoni et que responsa fuerunt per eum multa in se recogitatione revoluit et dum conducta intus diligentius examinat, dilationis gaudia sub mixto desiderio invadente gaudium eius obducit, dum tarda noctis hora permulta cupiditate fervescit quare in potentie fervoris impatiens dum desiderio fluctuans anhelosa inter estimes mentis affectibus cursum pulit. Tanta enim aviditate torquetur in ipsius occasum quod illud diei residuum quod erat medium inter lucem et tenebras sibi pro certissimo fuit minimum tractum duorum fuisse dierum sub ple urgente demum adversitate sub ... occiduus certas noctis induxit tenebras dum inter aspectus humanos ipsum quod plenum se imposuit umbra terre. Insurgente ergo illius noctis crepusculo multa varietate subivit fluctuans animus in Medea qui iam erectus ...

per singulos gradus solis donec
occideret / sollicitudine grauiori
notat et appetit lapsus noctis /
et sic per consequens ortum lune cum
nocte / illa contigit primi sompni
hora / luna elevata esset ab or
izonte. Sic eius noctis ab exitibus
in pallaciis consummata vigilia
dormicionis singuli quietem appete
rent per quam complendi sui voti de
siderata libertas plena pateret
eidem / Heu o quam desiderati
adeo nichil satis festinatur cun
tis cum torquet cruciatibus anxi
tur Medea / cum sentit patris famu
los in pallaciis longa vigilia noc
tem elude et in vigilanti absque sig
tardentia sompni nullatenus
suadere / longe quo exspectacionis
relud impaciens / nunc hinc nunc illinc
fertur per cameram inquieta / nunc
se ad eius dirigit hostium / explo
ratura si forte vigilantes immat
de dormicione tractatum / nunc con
versa valuas aperit fenestrarum
inspectans per illas quantus effluxe
rit de ea nocte decursus / sic ta
diu talibus vexatur angustiis
donec gallorum cantus dormicio
nis tempus undique innalescit. ad
quorum motus vigilantes instan
tem quietem appetunt dormiendi /
Recumbente igitur universa regis
familia / et sub noctis obumbra
cione diffuso silencio / Medea conso
lata non modicum / quandam
sibi domesticam / et nimis
astutam ad Jasonem caute mit
tit / qua ut presentit Jason su
bito surgit a thalamo et cum
comite lentis incessibus per obscu
ra pallacii graditur / Medee
pervenit ad aulam / in cuius intro
itu stante Medea / Jason affec
tuosis verbis salutis pandit
oraculum / in ingressu / at igitur sibi
responso reddito / per Medeam
gratabundus valuas intrat co
festim / recessit domus / Jasone et
Medea solis in camera derelic
tis / et firmatis ianuis aule
per Medeam / iuxta stratum mirabili
apparatu textum / Jason Medee
dictamine consedit / apertis igitur
thesauris suis quandam ymagi
nem auream consecratam in nomine
summi Jovis / ut gentilium erat
moris / Medea eduxit ab illis /
et ea ostensa Jasoni, in multo lu
mine ardencium cereorum quibus tota
camera fulgore maximo perluce
bat hiis verbis illum allocuta
est dicens / Peto a te Jason ~~super~~ per
hac ymaginem summi Jovis sa
cramentum michi fidele a te pre
stari / ut cum me totam tue vo
luntatis exponam arbitrio et im
pletura sim omnia que tibi pro
misi / intemerate fidei id est ~~sinceritate~~ puritate
te michi perpetuo servaturum / puro
corde mirabis / cum et hanc in
ris abstrahat hora / me intima comparem

accipies. Et ut nullo tempore
vite tue me deserere aliqua
machinatione presumas. Ad quod
Jason devoto vultu se offerens
et ymaginis corporalis manu tac-
ta Medee suave singula et ad-
implere predicta iuravit. Set o de-
ceptiva viri fallacia. Dic Jason
quid tibi Medea demum plus fa-
cere potuit, que sui decoris omni
honore postposito tibi suum corpus
et spiritum unanimiter tradidit. Plus pro-
missionis tue potius lapsa fide,
non attendens sue nobilitatis in-
signia, nec sue magnalia regie
dignitatis advertens, cum tui amoris
causa seipsam hereditario sceptro
senem privavit, et suum patrem reverenda
reliqueit thesauri sui cumulo spo-
liatum, et paternas sedes deserens
propter te elegit exilium, spernendo
natalis soli dulcedinem, provincias
alienas. Nonne te propriis amoris in-
stinctu salvavit incolumem, et perpetui
vituperii labem detraxit, qui salte
si posses a casu dissimus evasisses
auro vellere non quesito. Reduxit
Thesaliam pro pudoris angustia
audacia tibi secura non erat. Re-
stituit enim seipsam, et suos et te
restituit tibi et tuis. Quo ergo
pudore depulso iuramenti tui fe-
dus eludere presumpsisti, ut ingra-
tudinis labe pollutus credentem
decepisses, virginem laribus pa-
ternis abstractam, et deorum timore
postposito quos elegisti prius deludere
fallere contempnere et fidem. Virtutis non fuisti
aqua tanti boni magnalia te cer-
tum est suscepisse. Sane te eun-
dem demum decepisse Medeam
narrat hystoria, sed hoc processit
a tua deceptione flagicium. Ut eius-
dem hystorie series non omittit
quod in tam pena prius, et eandem fi-
dei rupte tue. Diis ingentibus
vita turpi casu dixeris finivisse.
De qua hic plura referri ad presens
omittitur pro eo quod potius tractatus
materiam non contingit. Set tu Medea
que tantarum diceris scientiarum illustra-
tione decora. Dic quod tibi profuit
notitia legis astrorum per quam diceris
futura posse prescire, si prescientia futuro-
rum viget in illis. Unde tibi tam
enormiter tam impie prosperexisti
forte diceris te nimio bachatam
amore. Futura tui mali scrutari
dispendia, et astrorum legibus prenegli-
gentia omnisisse. Set certum est astro-
nomie iudicia super incerto formata
de quo manifestum iudicium pote-
ter et patet elicitur. Que tibi pro-
dere penitus nullatenus potuisti,
hec enim sunt illa incerta que
faciles ad credendum procul dubio decipiunt
et apro convolvunt falsitatis
errore. In quibus nullus com-
prehendit futurorum effectus nisi a
casu forte contingat. Cum solius
dei sit cuius in manu posita sunt
scire tempora temporumque momen-
ta. Set ultra recepto Medea
a Jasone prius habiti ~~voluntate~~
~~proiectisque vestibus~~ iuramento
ambo ingrediuntur thalamum

incredibili venustate decorata | reiectisque ve-
stibus et ambobus exutis nu-
dis virginitatis claustra Jason ape-
ruit in Medea | sicque tota illa noc-
te consumpta in cordis placitis vo-
luptatis | Medea licet sui voti satis-
factione impleverit prurientes am-
plexus | et actus venereos optatos
a Jasone propterea non evanuit scin-
tilla cupidinis in eadem | ymo per
expertos actus postea graviora eo
cepit incendia quia non est saciatus ardor
commissum | Hic est ille gustus tan-
ta specie dulcis amenitate imposita
qui cum ab eis magis recipitur plus
appetitur | quod dare non potest stomachus
saturatus | cum cordis aviditas et
cupiditas voluptatis continue in
eo dum eius fervet dulcis anxi-
etas irritat appetitum | Jam illius
noctis aurora vicina | sydus illu-
xerat matutinum | cum Medea hiis
verbis allocutus est Jason | hora
est dulcis domina nos a lecto de-
bere consurgere | ne forte repente
nos occupiat lux diei | Sed ignoro
carissima | si de meo negocio
disposuisti aliquid me facturum
si parte igitur inde est aliquid ordina-
tum | rogo devote | ut tui secreti
consilii michi seriatim aperias ut
per te instructus hoc exequar
nam educendi te de hac insula
in grecia est et deducendi in meam
patriam in qua possim | omnis est
celeritas michi mora | Cui Me-
dea sic dixit amice carissime

super tuo negocio | quod mecum compromis-
sum est | plenum iam suscepi con-
silium electionis fortunate decretum
et agitum in me ipsa | hoc quod
surgamus a thalamo | ut mi-
chi et tibi copia sit [illegible] ex-
cendi | super hec omnia que ipsa
dixisse sufficiat Nunc autem ad pro
sequendum nostre intencionis propositum
stilum vertimus ad narracionem presentis
hystorie continuando Per demonum
igitur ingressum ad ydola sua deis eli
ciebant ab eis petita responsa
que tunc gentiles colebant Unde de
quibus omnes dii gencium demonia
dominus autem celos fecit Et phane
dyabolice decepcionis astuciam
deus apollo in dicta insula responsa

sna

sua, salicet delos petentibus exhibebat
Et postquam achilles et patroclus
grecorum iuvenis ad locum pervenerat de-
mandato templum apollinis cognita
hora captata cum consilio sacerdotum
in ipso templo sinceram ipsi deo qui co-
lebat in ipso templum ipsum devoto
corde humiliter intraverunt et factis eorum
oblacionibus et multorum donorum prodi-
ga quantitate petentibus ab eis de
grecorum negociis habere responsum
sic eis predictus apollo submissa
voce respondit Achilles achilles
revertere ad grecos tuos a quibus missus
es et dic eis pro certo futurum esse salu-
briter ad troiam istos ibique prelia multa
committere set infallibiliter erunt decimo
anno victores troiam urbem dia-
bunt funditus in ruina regem
priamum eius consorte eiusque pueros
morti tradent et omnes maiores
eorum illos tamen omne committendo quos
elegit ipsorum grecorum sola voluntas
quo ab achille percepto et facto ex
inde valde leto Adhuc eo in ipso
templo morante mirabilis casus
emersit Nam quidam troianus nomine
calcas antistes theosoris filius
multa peritus sua demandato pa-
mi regis utpote eius nuncius
templum ipsum intravit ut a deo a-
pollinis sibi responsum eliceret quod
de bello grecorum troianis esset venia
futurum qui post oblaciones a beo
factas in ultimo de ipsi deo ipse deus
respondit calcas calcas caveas
ne ad tuos redire presumas set sta-
tim ad grecorum classem que nunc est

in hac insula cum achille secum
accedas cum quo grecorum exercitum festi-
nus adeas nunquam discessurus
a grecis futurum est enim grecos obti-
nere victoriam contra troianos volun-
tate deorum eris enim tu valde necessarius
grecis ipsis tuis consiliis et doctrina
donec ipsi predictam victoriam potiantur
calcas vero ~~die~~ suscitatus agnoscit dum
quod ille erat achilles qui erat in
templo confestim ad ipsum accele-
ravit et convenientibus ipsis in unum
sese in amicicie federe acceptant
patefacta inter se de predictis omnibus
veritate Recedit achilles predictum
calcatem antistitem multis co-
moditatibus honoratum leta fronte
curavit sicque anchoris a ma-
ri abstractis et eis cum eorum na-
vigiis in pelagus tunc immissis
incolumes salubriter pervenerunt a-
thenas Descendentibus igitur eis a na-
vibus achilles ipsum calcatem
antistitem Agamenoni et aliis
regibus grecorum ducibus et principi-
bus presentavit et ab achille nar-
rato responso deorum de futura
eorum victoria contra troianos et
qualiter ibidem calcas regis pa-
mi nuncius in eorum responsum
obtinuit et demandato sibi
facto ne ad troianos rediret et
cum grecis duraturo prelio turbi-
ne moraretur universi greci sunt
hilares et postea multo ~~tpe~~
gaudio celebrant diem festum predic-
tum calcantem antistitem eorum in
fidelem accipiunt et recipiunt in sum-
litatis amore promittentes ei in
omnibus placidis prosequi vota

sua et sic illi diei festo finis feli
citer fuit. Liber undecimus
Liber undecimus de grecorum exercitu
recedente ab athenis vita Rubrica
Grecis receptis responsis a
diis / iam excoluerat dies fe
stos / sexti die post predicta festa
deposita / calcas ille troianus an
tistes comitiva achillis et pa
troculi ad tentorium agamenonis regis
se contulit mane facto / ubi iam multi
reges grecorum duces et principes an
te convenerant / qui coram rege agame
none residebant / quibus per achille
patrulum et calcas salutis ora
culo repleto cito ab eis debite
relacionis obtento responso / se inter
alios comode sessionibus colloca
runt. Et statim ab eodem calcas imper
to silencio et omnium audiencia prebita
dixit hec verba / O nobilissimi re
ges duces et principes qui in pri
ncipiis congregacionis ordine tanti
estis / Nonne vestra fuit principalis
intencio / contra troianos publicos
hostes vestros / arma capescere qui
sub tanto facinore ab eis commisso
contra se vestrum virum potencia exercita
runt / cur ergo ceptis morasinnuitis
cum se noverit differre paris / Nonne
creditis aut putatis regem pri
amum / inter vos exploratores suos
non habere furtive / qui per eorum varia
ros singula de vestra desidia com
ittunt illi / michil est enim aliud ita
preciosum / qui ei competencia dulce
spacia libertatis / ut per eam competenta pre
sidia presidiis cumulet et sibi con
tinue multa subsidia coadunent
cum tanti temporis sint iam exac
ta curricula / quod in potenti brachio de
bellatis iam invadere regnum eius / Nonne
perpetuis estatis plures revoluti sunt
iam menses / quibus navigacionis tempus
nobis se dedit acceptum / cum omnino pla
cata sint maria / que navigare
volentibus blandiuntur / et dulci sibi
lo zephiri aspirantis per equoreas
planicies navigare volentes in
dulcedine temporis et serenitatis invitat
Cur ergo restatis estu / animus vester non
estuat per maria dissilire / ut dulci
navigacionis aura potiti felici re
mige vestrorum hostium preveniatis ad
horas / ut eorum aures fama per
trahat / de vestra sollicitudine curiosa
ut non debita morosa desidia gau
deat / per quam intantum vestra desideria
protelent / Nunquid in vobis frustratoria
creditis promissa deorum qui forte
propter vestrum ingratitudinis possent
retrorsum commutari / Rumpite igitur
moras vestras solute naves et
velis earum elevatis in altum / ut fe
stinanter contra hostes vestros diis fa
ventibus maturetis ut ad promis
sa deorum veloces et felices pertinga
tis / Et sic verbis suis idem calcas
tacitus finem fecit / Verbis igitur
calcas ab omnibus intellectis du
ctus quid probant illa / agame
non statim mandavit ut vivaci de
exercitu per tubicine sonitum moneat
quod illico naves ascendat ab athe
narum portu feliciter discessuri / Nec
mora ad tubete sonitum universi
naves ascendunt / nodatos funes
explicant / quibus erant naves in terre
firmis colligate / et a mari subducte



anchoris et receptis in naves
vela erigunt, que dum ventorum aspi-
ramina ebibunt et extendunt alto pe-
lago se committunt. Nondum eam se prima-
ris spatia navigando per quindecim
stadia elongaverant se a portubus
athenarum, cum subito serotinus
aer qui navigantibus arridebat
tenebris obducitur nubibus, nocte ficti-
cia inducendo. Tunc mugit aer
tonitruorum crebris inquietus et cre-
bre coruscationis noctem ficticiam
repentinis suis fulgoribus con-
vertunt in diem, et excolatis nubibus
immense pluvie diffunduntur. Cumque
vero eam exasperatis ventis tumescentia
maria in fluctuositates se erigunt in
procellas, quare navigantes ipsos
maximus timor et tremor inva-
dit, dum se videant in mortis discri-
mine constitutos. Sed iste Calcas tro-
ianus antistes suis sine exorci-
zationibus, ut erat peritus in eis, dixit
se tam propere tante cladis dixit
eam dyanam deam iracundia multa com-
motam pro eo quod de recessu vestro ab
athenarum portu sibi sacrificium oblatum
non extitit a volentibus proficisci. Emana-
vit ergo agamenoni regi ut omnes
naves in aulide insula flexis re-
mis retorqueri dictitant, ubi in templo
quo colitur predicta dyana, ipse a-
gamenon sacrificium ipsi det, et of-
ferat manu sua, ut placata in
compositione dyana, sinendo eva-
nescere faciet tempestatem et tempus
navigationis nobis prestabit. Ac-
ceptum nunc mora incuta consilium pre-
dicti Calcas. Agamenone man-
dante naves ipsas mutatis velis
et themonibus coartatis in aulide

insulam salvi pervenerunt que non mul-
tum remota erat ab ipsis. Agame-
non itaque rex festinus descendit in
terram, dyane templum adivit, cum
devoto corde propriis manibus que-
dam oblata per eum in sacrificium dedica-
vit. Confestim igitur maxima tem-
pestas evanuit et aer undique
serenatus vestes exuit et deposuit
nubulositatis, quievit maria, et na-
vigare volentibus in eorum placamine
blandiuntur. Ex hoc loco quidam
sapientes dicere volunt qui in astro-
nomie oppositione laborant quod dya-
na que est luna sit dea itinerum
et viarum ut via constituat fortu-
nata si sit in domo decima vel
xj. confortata a bonis aspectibus aliorum
felicium planetarum. Et hac ratione
utuntur astronomi usque in hodier-
num diem. Maris itaque tempestate
sedata sacrificium ab agamenone
postquam dyane libatum est, statim
universus grecorum exercitus primitu in-
vecte dictatis naves ascendunt
et felici navigatione potiti, ad
troie pertinencias cum incolumitate
pertingentes, cuiusdam castri portum
feliciter intrant ubi navibus eorum
secure receptis, cum portus ille
fuisset capax ipsarum, greci naves
ipsas in eo tuta statione consignant.
Huius autem castri et portus nomen
Frigius Dares omisit forte pro eo
quod grecorum exercitus paucis diebus
fuit moratus in illo. Sed hoc erratum
ut aliis codicibus inveni quod Bar-
tonala ab incolis vocabatur.
Huius habitatores et incole in ar-
mata manu cursu precipiti perve-
nerunt ad litus putantes grecos arce-

ne infra descenderent fatuus in eos
inconsultis propositis conspirantes. Cumque
vero fatue in grecos irruunt qui
iam infra descenderant maris fa
tigacione lassati bellum fatuum con
stituunt contra eos. Sed greci innumera
bili quantitate armati descendentes
in terra eis sue fatuitatis penas ex
solvunt. Nam et eos in ore gladii
persequuntur qui multitudinem grecorum
alienatam sustinere non valentes fu
ge subsidio se committunt. Propter
quod adipiscuntur castri cacumina festi
nant anhelantes secum grecorum faciem
dispergentes. Greci vero insequentes mi
seros fuga precipiti qui ante
eos subterfugere minime potuerunt
eos captos morti emancipant. Eos
quos intercipiunt morti tradunt.
Violenter castrum ascendunt quod aper
tis ianuis obreceptum fugiencium
troianorum invenerunt. Intrant in illud
et inimicos ibi receptos qui iam
defecerant viribus dissolutis cru
deliter irruunt. Eos ferro interimunt.
Castrum capiunt et predantur. Et ferro
preda muros castri ipsius et queque
fortia subita exercent in ruina
nec mora diruptis omnibus interfectis
ibidem et singulis ruina deiectis greci
victores redeunt ad eorum naves et
ascendunt in puppes. Illico intrant ma
ria et vero remige capiunt portum
Thenedon veniunt. Ibique eis salu
briter applicatibus iniectis anchoris
cavis navium in profundum velisque de
positis intrant hilariter portum ipsum.
Erat autem apud predictam Thene
don quoddam castrum in fortitudine mag
na firmatum habitacionibus multis

eius ornata, repletum multis diviciis
opulentum. Et locus ipse satis erat
amenus, deliciis terrestribus et ma
rinis, quod per sex miliaria tantum ut su
pra relatum est distabat a Troia.
Habitatores vero castri ipsius in
nuentes exadium de propriis statim
ad arma prosiliunt. Castrum ipsum mu
niunt viris bellicosis et armis
et se defensioni opponunt contra
grecos insistunt animosi. Greci autem eorum
navibus commode collocatis in portu
et eis ibi tuta statione receptis
armati descendunt in terram et glo
merosa multitudine pugnatorum
quam citius invenerunt rapaci pede in
olentes exponunt qui se contra eos
totis viribus satisagebat opponere
infestis conatibus diversas aggressio
nes exercent. Et tunc inter eos et tro
ianos castri ipsius crudeliter bel
lum fuit. Et durum prelium estuat
inter eos, cumque vero tam multi cadunt
ex troianis gladiis interfecti, sed
plures ex grecis. Ad quorum exitum et
vindictam greci acrius anhela
tes morti et vulneribus anxius
se preparant. Multi tamen ex grecis itemque
inter ista uno et de troianis quam
plures. Sed demum troiani sustinere
grecorum innumerabilem multitudinem non
valentes fuge subsidio se commit
tunt, et quibus fugere licuit non fuit
alia tamen subsidii quam lapsu fuge ad
troie alta menia pervenire. Illis
vero quibus fuga non profuit ferro ri
ent et acerba morte crudeliter vitas
exsolvunt. Sicque agressis castri ipsius
toto ambitu intercepto ipsum
castrum irruunt ipsum in magna pote

cia debellates / Troiani vero ordina
tis bellis eorum insultate murorum ad
versus grecos dura et dura offensio
ne opponunt nunc eos iactis lapidibus
obruunt nunc eos interimunt / Vibra
tis lancearum nunc ipsos iaculis
acutis afficiunt nunc balistarum cre
bris sagittis confossi ipsos letaliter
vulnerant / et extreme morti tradunt
Greci vero diversorum generum ma
chinis ordinatis / et diversis preta
bus institutis et diversis locis quibus pre
bus bellicis scalis appositis letaliter
impetunt dura bellacione troianos
in quorum debellacione multi ex grecis
sternuntur a scalis / et volubiliter ruinosi
prementes intra / fractis cervicibus
vitam exalant / greci igitur passim intend
unt. Demum troiani multo labore
lassati / sequi longa et extenuata
defensione tuentur ad quos greci
intollerabili copia pugnatorum
glomerose insurrexerunt / contra troia
nos per scalas irpant / castrum ascendunt
/ alii per fenestras / alii per murorum
liberas summitates / et eorum primi
tos vexillis appositis / directo super
tom suorum [illegible] abeis quot
quot ex ipsis invenerunt aut gla
dio perimunt aut ruina / nemini parcit
ac [illegible] etatis distinccione non habita [illegible]
[illegible] in [illegible] truncatos / occidunt
et dum nullus troianorum vivet
[illegible] greci latibula castri scrutantur
[illegible] inutile invenerunt rapaci preda
surripiunt et asportant / Et omnibus
locis de rerum ablacione penitus
evacuatis / Demum castrum ipsum cum
terre dejecerunt / prostratisque menibus
altis ipsius totum scinditur.

exruunt murisque solutis et super fa
cie terre dejectis tam devicerunt
studio quam ignium flammis voracibus
submissorum. Altum tenedon nunc
tenet / et sic vastat omnibus et
diruptis / greci victores cum pre
da maxima conveniunt ad naves
~~Liber duodecimus De consilio aga~~
~~menonis quo mittuntur amba~~
~~ssatores ad regredum priamum~~
~~de satisfaccione iniurie grecis~~
~~illate~~ Liber duodecimus

Greci itaque depredatis duobus
castris et eorum incolis abso
luta obtenta victoria / cum in portu
thenedon et eius planicie vi
tam deducerent lassiorem / Aga
menon rex cum sui regiminis cu
ram diligencia studiosam exerce(ret)
universos grecos / ad quos capta
preda pervenerat / de rebus et spoliis
troianorum ex duobus castris ipsis /
ad se venire mandavit / et ut
omnia que ceperant ex preda preda
secum afferent / qui statim audito pre
cepto ducis / eorum omnem obediam
observantes / cum omnibus rebus captis
ab eis / coram eo celeriter accesse
runt secum universa capta ex preda
preda fideliter in presencia dei aga
menonis deferentes / de quibus
per ipsum rege distribucionibus factis
equis / ea unicuique distribuit
secundum merita et qualitates ipsorum /
qui ad optinendam victoriam castrorum
ipsorum predatorum mortes et vulnera
non vitaverunt / Peractis igitur predas
equis particionibus ut decuit e(t) me
liores bellicosos / idem rex varie
ciones misit mandavit / vt

Convenissent reges duces et principes
grecorum sequentis diei aurora sur-
gente cum aliis maioribus exercitus
ipsorum in eadem planicie conveniunt
ubi idem rex celebrare generale
colloquium intendebat. Die igitur
prefixo mane facto omnes reges
grecorum principes et duces ma-
iores exercitus eorundem in predicta
planicie satis hilariter conve-
nerunt et comodis sessionibus
collocatis presente Agamenone rege
ante sua dextra et oris imposi-
ta taciturnitatis dictante silencio in-
ter eos talia prorupit in verba ser-
monis. Amici reges duces et
principes et quicumque maiores
qui a primis conscripcionis titulo
convenimus. Noticia cunctis dictante satis
est per longas et diversas mundi
partes virorum potencie fortitudo pre-
cognita, cum magnitudinem virium vestra-
rum mundus passim predicet. Sumus
sumus certi et accepta est diis
nostris ista potencia, que superbia-
tam et ruinose elacionis vicia
non agnovit. Notum est enim omnibus
quanta mala ex superbie elacione
provenerunt et ipsis diis inabiliter
resistunt opposicione superbis. Super-
bi enim amicos non habent, et undique
sibi acquirant inimicos. Ita si super-
be quis afficiat amicis inter-
opte conquirens existat. Superbie
igitur virum in istis negociis et
specialiter in presenti quantumcumque possimus
caveamus, ut sola rectitudinis
iusticie linea facta nostra refulge-
ant. Et quamvis nos aliquis de super-
bie vicio non impingat, nostris nō.

enim nos in magna parte nostre potencie
ad optinendum vindictam de iniuriis
nobis illatis per Priamum regem huc
usque venisse et regni sui terminos
in potenti brachio invasisse, et tan-
ta nos iam sibi intulisse detrimenta
dampnorum. Quod si primo nobis troia-
ni extiterint inimici nunc nobis
facti sunt duriores. Scimus enim eos
tam multa premunitos esse potencia
et ipsi potentes firmatis habitacionibus
multis cognoscunt nos sibi esse vi-
cinos, et si ipsi posset de dampnis
factis eos a nobis retecte assume-
ret crudeli ulcione. Civitatem
itaque potentem habent et potenter
undique munitam. Ideo vires eo-
rum nos credimus duplicasse
sicut quod magna prerogativa di-
cunt valere qui in suo hospicio inter
suos cognitos et amicos in sua
provincia se defendit. Nonne cor-
nix suo quiescens in nido, licet sit
viribus ipsa debilior, duros con-
flictus ingerit in falconem, antequam
capiatur ab ipso, et ipse ab ea re-
cedit sepius vulneratus. Sane
ego inter vos non dicam hec verba
pertimendo, nec dubitabile sit vobis
nos troianos non posse confundere
urbem ipsorum quantumcumque sit fortis non
posse destruere et omnes troianos
finali exicio consumare. Sed quod lau-
de multa vivebimus commendari si omnia
que sumus de hoc negocio facturi
discretione ducte limitata super-
bia molliamus. Inter nos enim convenit
in presenti necessario diligere consulta
facilitas nullius aggressuram nego-
cii que multo examine consilii non
decocta per superbie impetum advenerit

subito deduxit vestros nos. Et cum
contra Priamum regem esse dum qui
nos speciales suos nuncios regi
sunt / ut Exionam sororem suam sibi
restitui deberemus quod nos multe
superbie elacione tumentes regium
sermonem eius audire et prouida respon-
sione negavimus / que si a nobis
exaudita fuisset dampna que ma-
xime in Citharea nobis illata sunt ero-
gata non fuissent ~~illata~~. Et Regina
Helena que de melioribus grecie
sua et suorum virtute cepisset / proprie
sue stacione magnifica non fuisset
deducta / sed nos qui precupacione
eius et illatis nobis iniuriis ap-
petimus ulcionem, essemus in tantis la-
boribus constituti et expensis / tam
a nostris propriis laribus elongati / quid
sit proinde nobis pro certo futurum pro-
sperum vel adversum penitus igno-
rantes. Et ideo si de beneplacitis vestris
et ex sano consilio videtur accepta-
re labores laboribus addere denuo
et quod in honore nostri gloria redire
ad propria mereamur, ad eundem re-
gem Priamum nostros speciales nuncios
destinemus / ut nobis voluntarie
Helenam raptam restituat et nobis
satisfaciat de hiis que contra nos
per Paridem sunt commissa / et si rex
Priamus velit / et sapiens hec du-
xit acceptandum / honorabilis erit reditus
noster ad propria nec aliquid amplius
exigere debemus. Nam eo duxit
recusandum / duo laudabilia provenire
nos pugnabunt / iusticia contra
potenciam excusata. Et tunc proinde
partes hoc a nobis processisse vul-
gabitur / et reprobabit ab audientibus

dementia troianorum / et nostrum quidem
dabitur ubique processus / ab omni super-
bie vicio excusatus / nam et si post-
modum tandem iram in troia
nos penas durissimas infligere
eos passim in re gladii perimendo
/ evertendo funditus terra ipsorum / mu-
lieres eorum per hominum vituperio et
servituti perpetue conterendo / nullus
erit qui nos exinde possit raciona-
biliter increpare attendatis quod si
placet si iuxta verborum meorum mo-
tus hoc sit a nobis efficaciter
exequendum / hiis quoque dictis ex exercitu-
bus multi fuerunt qui premissa verba
dixerant exequenda / non esse / alii
laudabant expedire sic fierent
Rex ipse dixerunt. Et dum in hoc
omnes unanimiter convenissent Dyo-
medem et Ulixem in eorum nuncios
elegerunt qui statim se accingentes
ad iter / secreti tenent iam medium
ad troiane urbis menia pervene-
runt / et intrantes in ipsam ad
magnum Regis Priami regiam se
conferentes / descendentes ab equis
marmoreos gradus scandunt
/ Cumque pervenissent ad atrium spe-
ciosi vestibulum mirati sunt valde
palacii edificia tam miro ar-
tificii opere circumfulta / sed potius
sunt mirati dum in medio ipsius
atrii inspexerunt quandam arborem
manifestam mathematice artis sub-
tili artificio constitutam / dum eius sti-
pes esset ex auro et aliorum lancea /
duodecim altitudine cubitorum. Tamquam
stipitis summitate arbor ipsa mira-
bilis latitudinis se diffundebat in ramos

qui totum atrium ipsum longa diffusio
ne tegebat. Erat enim truncus ipsius pini
ex auro puro examinis [illegible] positi. Sic eorum
folia sic flores eorum dum in multa diver
sitate gemmarum eorum fructus editi
radiarent. Longa igitur ipsi duces eorum
inspectione contenti ductu militum
portas camerarum ascendunt et perve
niunt in locum ubi rex ipse Priamus
in multa suorum nobilium comitiva
sedebat. Non sunt regem ipsum aliquo
salutationis oraculo venerati,
sed cum vellent in eius opposito consede
Ambassiatores ad Regem priamum tibus sic illum affatus est Ulixes: Rex
Priame, si te primo salutationis
verbis non prosequimur ne mireris
cum te capitalem habeamus hostem
optare et hostis sui hostes non debemus sa
lutare. Agamenon rex cuius nos ad
te legati sumus per nos mandat
tibi ut reginam Helenam de suis
regni tuis violenter abstractam
restitui facias regi suo, et dampna
quamplura grecis illata per Paridem na
tum tuum iuxta voluntatem eorum ad
plenum studeas resarcire. Quod si feceris
salubri proprio consilio poteris. Si autem
hoc implere forte contempseris, ipse
respice quanta tibi et tuis sint ma
la finaliter proventura. Nam tu crudeli
morte succumbes et omnes tui cru
deli nece peribunt, et hec tua nobi
lis civitas tota quassabitur ex nunc
Responsio priami pas. Rex itaque Priamus intellectis ver
bis ~~intellectis~~ verbis Ulixis nullius
expectata deliberatione consilii sic
respondit Ulixi: De narratione verborum
vestrorum admiratione multa commoveor
cum a me talia requiratis
que regem decet ab hostibus

extremo positu vix deceret in puni
to grecos viros adversus me tantis
viribus prevalere quod ad satisfaciendum
que dicitis cogi debeam. Ipsi enim
a me petunt sibi satisfieri cum et ipsi
sint causa et si forte sunt aliqua sunt
omissa per quam in inveniunt patrem
et fratres interfecerunt et quosdam con
victos urbem meam funditus everte
runt, cives meos morti et exilio
tradiderunt, abduxerunt sororem
meam Exionam que more utique
meretricio deturpatur, et petunt me
sibi ad satisfactionem urgeri. Ego autem
nichilominus volens supplere tanti
mali vitam deducere nec anxiari
strepitu preliorum, et iam misi ad eos
legatum meum Anthenorem ut ipsi
michi saltem sororem meam restituere
dignarentur, nichil aliud de commissis
iniuriis postulando. Quanto vero de
decore grecis meis iniuriis lega
tum meum afficerunt satis patet
vobis et in hoc est qui locus ut vestre
legationis verba exaudiam etenim
re turpius [illegible] mallem. Quare Aga
menon rex per omnia sit securus
nunquam me cum grecis appetere pacem
qui me tantis doloribus afflixerunt
et vos etiam quamprimum talibus
vestris superstitis. Nisi esset quod legationis officium
vos defenderet, morte vilissima vos
facerem interire. Recedatis ergo ad vestros
quia dum vos video absque magne
ire fluctuatione esse non possum.
Sed quia statim Dyomedes prorumpens *Responsio Diomedis*
tristium sic dixit: O rex si prius nobis
inspectis sine ira non estis, toto ergo
tempore vite vestre non eritis absque ira
cum contra vestra potentia vivunt ve

Verba Enee

existat / et non est tempus volens differ-
di quin videas nos et nos coram civi-
tate tua adversus te et tuos in armis
constitutos insultantes / et si de solis no-
bis ~~[cancelled]~~ verbis tanto dolore
compungeris quanto potius condolebis
tu plus quam centum milia grecorum contra
te inspicies armatorum / contra quos
nulla te poterunt conservare tuta
menia quin tu et tui crudelibus mor-
tis aculeos non senciatis ultimus in-
felices / Et antequam hec tibi mala
succedant secundum libitate verba po-
sita effundere valde vana / cuncti-
que astantes ad dyomedis verba
commoti in ipsum irruere subito vo-
luerunt et ei iniurias quamplures in-
ferre / adversus ipsum eciam mundatis
ensibus insurgentes / Et rex Pria-
mus suo elevatus a solio ad
versus illos potenter exclama-
vit ne iniuriam aliquam illi inferre
presumat / cum non sit sapientis stul-
to secundum suam stulticiam respondere
Et proprium stulti sit suas stulticias
declamare / et sapientis in
sua sapiencia tollerare stultorum er-
rores / Sicut enim stultorum liberum
est stulta verba diffundere sic sapi-
enti cedit ad laudem auscultare
que dixit et auscultata ridere /
In verbis igitur stultis cognoscitur
stulticia proferentis / Et ego primo
mallem in persona pati quam quod lega-
tus aliquis in mea aliquam in-
iuriam pateretur / Pro modico
enim et vili excessu fit se aliquis
vituperare debeat / Cedite igitur
universi ne presumat aliquis amo-

thoste quam fuit verba / Et sic ces-
santibus eis Eneas qui tunc iuxta
regem Priamum nullo alio mediante
sedebat verbis obtemperare no-
lens / sic dixit / Non est iniustum
domine rex / ut debeat stulto quis
secundum suam stulticiam respondere / Nam
qui stulta profudit dignum est ut
de sua stulticia condignam accipiat
disciplinam / Ego enim in conspectu vestro
tanta et talia posse dicere inho-
nesta quod me occidi deberetis man-
dare possetis / et nisi esset vestri pre-
sencia ille qui tempus fatuus est locu-
tus ut mortem incurreret non esset
indignum qui tam audacter ampul-
losis et verbis mordacibus vestram
lacerare non horruit maiesta-
tem / et vos verbis eisdem tur-
piter exagitare presumpsit / Dyo-
medes quo circa ut alibi hoc loco desis-
tat nisi presumpta velit stulticia
incipiam cumultare / Dyomedes
vero ad predicta nullatenus stupefactus
sic ad Enee verba respondit
O tu quis es es / in verbis tuis
bene cognosco / te non esse tamen inde
esse obloquutorem actum / valde de-
sidero ut te apto possem invenire
in loco / in quo tibi grates condig-
nas quas meruisti reddam
de verbis que tam eleganter protu-
listi sermone / bene video quod bonus est
ille rex / qui te in consiliarium suum
tenet / qui tam bene nosti consulere
Regi tuo / ut tuus rex iniuriarum
atrox existat / et sic de facili labitur
comprendere / Ulixes autem dyome-
dis verba sagaciter interrumpens
monet eum ne pluribus verbis utatur

De Enea

Et illico idem vlixes Regi priamo sic
dixit/ O Rex intelleximus plene
singula que dixisti/ amodo rece
dimus a te/ et Regi agamenoni que
per te dicta sunt singula fideliter refe
remus/ et sic statim ambo a pala
cio descendentes/ equos ascendunt
et intelleribus gressibus ad eorum ex
citum peruenerunt/ qui continuo
descendentes ab equis/ Agame
nonis tentorium simul intrant/ vbi
maiores exercitus cum agame
none morabantur et referentibus eis
illis cuncta que audierant a pria
mo Rege predicto/ Responsis priami
responsione valde mirati sunt
greci/ et quod sic amodo contra tro
ianos italibus procedendum ordinati sunt
initias consilii vias/ De quibus
infra primo suo loco suo ordine
prosequimur/ veritatem ante quam
ad narracionis seriem attendamus/
de predicto Enea aliqua sunt di
cenda/ Hic est enim ille Eneas
qui conceptus et natus ex dea
venere/ et anchise post troiane
vrbis excidium profugus cum reliquiis
troianorum/ per mare cum quibusdam
suis nauibus tirenum nauiga
do per pelagus post successiue
multos Romane vrbis/ et Roma
norum reipublice fuit et princeps
de cuius stirpe ille inclitus magnus
cesar augustus/ in magna felici
tate precessit/ Hic etiam est ille de
quo imperator Justinianus in libris
legum suarum videlicet in libro aute
ticorum/ in rubrica vbi premittit nomine
Imperatoris legittime dominus fecit

mencionem dicendo quod si a magno
cesare Augusto Imperatores certi
dicendi sunt cesares/ multo forcius
sup primena tempora omnes impera
tores ab Enea eneados dicendi
sunt qui primus rem publicam Romanorum
Imperiali quasi sceptro gubernauit/ ipali
Virgilius autem Enee successiue continu
os/ et processus eius/ et pro maiori
parte gesta complius in suo opere Enei
dos dum vixit multa descripsit licet
morte preuentus complere non potu
isset integraliter opus suum Rubrica
~~Liber tredecimus de consilio aga~~
~~menonis quod Ambassiatores mittantur~~
~~ad regem cresse pro victualibus~~
~~necessariis exercitui grecorum ad que~~
~~missi fuerunt achilles et thele~~
~~phus qui pugnantes cum eodem~~
~~Rege ipsum interfecerunt et regnum~~
~~illud remansit thelepho scilicet de pri~~
~~cipibus qui venerunt in auxilium~~
~~troianorum~~ Liber tredecimus

Dum itaque hec gererentur pro
ut superius sunt relata/ Aga
menon rex vniuersos Reges du
ces et principes ad generale consiliu
in planicie thenedon nostre pro
ma venire mandauit/ quibus
conuenientibus in loco predicto idem aga
menon intencionis sue propositum
sub hoc compendio verba resoluit
sunt alia necessaria que exercitui nostro
patent in eius et illud primum ut
circa prouidentia hic amnis quoniam ex
citus noster dum in conflictu bellorum
debeat/ victualibus habundare/
nam sine multo victualium presidio
exercitus noster vix posset procedere/

Ouxe si vobis videtur acceptum apud mes-
sanam pro victualibus continue refundendis que
maxima viget fertilitas speciales nun-
cios viros strenuos et fideles
absque mora mittamus Sit talis predi-
ctus predicta statuat et salubriter ordi-
net quod indeficienter predicta victualia
continuis temporibus et successibus exerci-
tuum nostrorum in multa exercitati copia
faciet habundare Agamenon
vero predicto suo colloquio fine facto
omnes astantes consilium suum probant
et incontinenti strenuum Achillem et
thelephum filium quondam herculis
super executione predicti negocii omnes
elegerunt ut ad exequendum predicta
in multa comitiva militum pugnancium
apud messanam dirigere se deberent
In qua provincia regnabat tunc Rex quo-
dam nomine Theuthran qui Reg-
num ipsum longa pace tenuerat
diu in quo multorum militum copia et
virorum pugnancium innumeris viget
bellicosa plerique eum dicere voluerunt
hanc fuisse Siciliam que in multo
cum fertilitate victualium semper fuit
habundans dicta messana a Messana
Civitate existente in ipsa que sita est
in introitu ipsius insule ex parte lito-
rum Regionum mirabili salubris portu
convenit in quo naves in multa
classium quantitate omni tempore tu-
ta statione tuentur et proinde quidam
dicere voluerunt quod predicta civitas me-
ssana ideo dicta est quia ibi ne portus
ipsius messes edite radiacium
locorum terris coacte deferunt Super-
que pernavigantes postmodum per
diversas mundi partes delate Alii

gra ducebant licet nonnulli dixerint
civitatem ipsam messanam a quodam re-
ge dicta Messanus titulo insignita
qui dum regnaret in insula Sicilie
Civitatem illam ex suo nomine messa-
nam voluit appellari Set frigius
dares de hiis nichil in suo ope-
re descripsit simpliciter ponens Achillem
et thelephum apud Messanam
pro querendorum victualium advenisse
que cum forte alia sit a sicilia
potuit esse grecis magis propinqua
quam insula sicilie que eis erat
valde remota licet hoc verum
sit quod sicilia subiecta fuit dicioni
grecorum Subeat igitur provinciam mes-
se Achilles et thelephus cum co-
pia cum milium strenuorum militum cum
multo navigio pervenerunt quibus
cum eorum navibus applicatis ad litto-
ra terre predicte et eis in terra descenden-
tibus Rex Theutran cum multis
militibus et multis armis preditis
constipatus pervenit ad litus Ubi A-
chilles et thelephus pervenerunt
in comitiva suorum qui statim insurgen-
tes ad arma dum Regem contra se
in suos venire sunt infallibili scien-
tia non pati velle in sua terra aliquo
modo eos esse inhoste virtutibus se con-
tra eos presidio repellant quid
ultra bellum fuit asperrimum inter
utrosque hinc inde cadunt cadavera
gladio trucidata multi cadunt ex
grecis Sed plures ex inimicis eorum licet
enim greci multa virtute vigerent
in resistere adversariorum multo tamen ma-
iori vix poterant et reliqua omnis gens
ibi fuissent necesse messenei nisi fuisset
ille mirabilis copiis armorum Achil-
les qui multo studio contemplatur

Aliud bellum

quantitate pugnancium et qualitate
ipsorum / percepit eum et vidit regem
Theutran in medio conflictus bella-
ntem contra hostes suos dampna quam plu-
rima infligentem / Cui Achilles im-
petuose dissiliuit in conflictu frangit
et disrumpit acies / Vniuersos interficit
qui eius conspectui se opponunt et
qui ad suum transitum non aperiunt sibi
viam / Ad regem ergo Theutran ve-
lut leo rugiens applicuit / ipsum impet-
uose invadit / crebris vexat ictibus
vulneribus sauciat / et eius galee
laqueis violenter extirpatis / arrepto
rege per violenciam prostravit in terram
elevataque in mente ipsum interfectione
fremebundus invadit / Sed Thelephus
qui secundus ab Achille pugnabat
ut sentit Achillem sic in regem Theu-
tran crudeliter insevire / et in elevata
dextra velle ab eo eximere caput
eius / in medio utrumque se ingerens
deprecedente ictum excepit scuto suo
/ et pia voce humiliter deprecatur Achil-
lem / ut regi letaliter vulnerato quasi
mortuo et devicto mortem ultimam
propria benignitate remittat / et vi-
te spacium victo victor indulgeat
qui se sibi quasi victum victus mani-
bus offerebat / Ad Thelephum igitur
illico respondens Achilles dixit / Que
nam causa te monet quod publicum
hostem nostrum extra graciam pietatis
qui tam crudeli vexacione in sua
plura armorum confidencia nos primo
vexavit / iustum est ipse ut cadat
in fovea quam paravit / Cui Thelephus
dixit / Iste rex fuit quondam patri
meo multa familiaritate coniunctus
et ego dum quadam vice in hac terra

sua causa dimisissem in summi honoris
aperuit michi graciam et utilium sum-
ma copia in me in maxima quantita-
te profusit / Ipse quoque eius vite discedam
totus ab honore et ab honore mor-
tem eius / Cum Achilles corde eius
tibi incipe et deo consequens sit-
tum velle / Rege igitur Theutran sic a
manibus Achillis amisso / et ab eo
instantis necis articulo liberato bel-
lo finis imponitur / Recedunt turme
Greci redeunt victores ad naves in
Rex autem Theutran ad suam regiam
reducitur semivivus / Ad eius preces
cum multa humilitate devocione por-
rectas Thelephus et Achilles in
accedunt cum ipsis in eius regia / et re-
cipiuntur hospites in honore maxi-
mo et rerum affluencia ubertate / Non
post multos vero dies Rex Theu-
tran letalibus sibi vulneribus ab Achil-
le potenter inflictis acutus / permulta
corum valitudine fatis / examinis
videns vite sue extrema sibi acce-
lerare dispendia / Achillem et The-
lephum ad se venire mandavit / Qui-
bus ad eum venientibus ipsum in regio
stratu iacente / Sedem rex Theutran
sic locutus est illis / Ad extremum
perveni mortis instructum amplius
demitare non valens / Cum igitur
heredem legittimum ex me procreatum
fata michi prestare noluerunt / ne
prius regnum meum remaneat in ca-
duco / quod multo labore quesivi / et
manu tenui usque nunc in conquisite / certa
conscientia infallibiliter amisissem nisi ille vir
strenuus qui omnibus aliis strenuis
suis virtutibus fuit prelatus fortissimus
Hercules pater tuus / et in adiutorium
meum festinus accessisset / Dum in magna

multitudine hostium meorum regnum istud preoccupatum extitit et recuperandi aditus iam spes etiam mihi defecit et ipse plus ipsius virtutis potentia vincens hostes meos in duritia belli confregit ex eis innumerabilibus interemptis. Postquam regnum illud ab omni hostili congressu tutum et postmodum liberavit et in illud in meritis pace restituit libertatum. Non meis meritis nec mee virtutis potentia vel quia nunc sine huius regni sceptro in pace potitus sum sola tui benigni patris affectuosa virtute. Ex hoc utique loco illi qui spontanea pugna messe et Italia optiorum eorum mixta similitate corroborat asserentes Herculem in Italia venisse. Hic dicitur est dona parte Italie ex parte barbarorum Herculem extra memorie suas columpnas fixisse qui locus adhuc dicitur columpnarum et terra dudum extans terra Herculea dicebatur licet quidam volunt corrupto nomine Herculis Eracleam nominare. Et hec itala non sunt. In hac igitur terra dudum a barbaris exarata et data portus [illegible] adhuc supersunt quedam columpne que vulgo columpne Herculis nominantur. Et terra quedam Frederico sedes princeps reipublice romanorum et rex Sicilie fecit construi quandam terram constituens locum ipsum habitantibus utiliorem. Ipse siquidem [illegible] in facie pelagi situs sit et carens portus omni statione salubri que terra propter situs bonitate plena populo usque in hodiernum diem dicitur terra nova. Rex autem Theutran sua trahens

extrema dispendia recepto Simone suo [illegible] Thelephum convocavit Simone. Cui igitur fili Thelephe, ille strenuissimus pater tuus regnum istud sibi sua virtute acquisivit et ego invicti ab eo non reputavit illud restitutum sed potius ab eo commissum. Prefata sibi concedere noluerit ut prius. In futuro tibi loco eius eris heres et filius facta retonabiliter successerit. Vere te cum testandi in hoc meo ultimo elogio heredem instituo tam in regno isto quam in aliis omnibus bonis meis ut huius regni sceptro et dyademate potiaris et gubernes. Me autem honore vestro regis huius sepultura curabis celebratis meis exequiis more regali. Et hiis dictis et scriptis rex Theutran cum vita morte superveniente finivit. Quo mortuo Thelephus de sua morte contristatus cum proceribus regni sui corpus eius honorabili tradidit sepulture et lapide marmoreo nimium pretioso tumba consculpta [illegible] in qua statuit condi cadaver. In cuius tumbe superficie hoc epitaphium sculptum est et appositum: Rex Theutran iacet hic quem morte peremit Achilles qui Thelepho regi sceptro tenere dedit. Hoc igitur facto omnes maiores regni nobiles et populares Thelepho qui dudum dictus nomine avi sui primus fuit titulis insignitus. Nono facto regi tamquam domino suo [illegible] fidelitatis et homagii prestiterunt. Et deinceps rex Thelephus regni ipsius gubernacula moderatus assumpsit. Achilles

aut omni victualium copia navibus
oneratis / et aliis necessariis ad vite re
gimina deputatis thelephum regem
volente cum eo a grecorum exercitu pro
fiscisci / et profecto redire in regnum
in quo ipse rex erat assumptus / qui
immo remanere mandavit mo
nes illum et mortis precepta sub
iungens / ut circa continuos ~~copiis~~
successus victualium et aliarum
rerum edibilium ad grecorum exerci
tum mittendorum curam debeat neces
sarie et ~~debite~~ vigilare ad hec
/ qui omni assensu et devote subdi
ta / se predicta precepta obtulit imple
turum / et sic achilles a rege the
lapho ascendens cum suis navibus
alta petit maria / et vento remi
gio navigando prosperis et incolumis
pervenit in thenedon / ubi grecorum
exercitus morabatur / qui statim descen
dens in terra / in continua multorum ad
tentorium agamenonis regis se
contulit / ubi confestim reges duces
et ipsius maiores exercitus conflu
xerunt / et achillem in magna leti
cia suscipientes in gaudio ma
ximo fovent amplexibus et a
micis osculis blandiuntur / tamen eum
que presens eorum habebat / et in
omnibus procedere / narratis itaque
per singulis que gesta sunt in
mysie provincia / et thelepho facto
rege / et de navibus inde adductis
onustis et refectis victualium
quantitate / et per ipsa a thelepho rege
promissa / apparet quod cum erat amodo
grecorum exercitum nulla posse penuria

victualium

trepidare / omnes exercitus in gaudio
letati sunt valde / achillis processus
plausibili racione laudabiliter contingit
commendant / et sic verbis omnibus fine
facto / achilles ad tentoria sua re
diit / ubi cum multo gaudio a suis
mirmidonibus leta mente recipitur
gratificantibus sibi multum / verum quia isto
loco frigius dares et dictis mate
riam fuit digressus antequam de grecorum
~~exercitu~~ processibus successive scripti
bus aliquid enarrare sciatur / et nomina
tim expresserit describere in hoc loco qui
reges et quot / et qui duces et
principes in defensione troiane ur
bis advenerint / sicut supra de regibus
ducibus et aliis venientibus in grecorum
exercitum descripsimus / dignum est et ex
pedit et eciam nos in hac parte de eis
faciamus / et si non de omnibus saltem
de maioribus mencionem. Rubrica
~~Nomina principum qui venerunt~~
~~in auxilium troianorum~~

Sciendum est igitur quod de reg
nis eorum licet frigius dares
nichil dixerit / maior vero tres
reges cum plus quam tribus milibus
militum armatorum / rex videlicet
pandarus / rex gallorum et / rex an
drosinus / de quadam provincia que
dicitur colophon quam quidam dixe
runt multa sedicitate et pulcri
tudine urbium circumfulta venerunt
quatuor / reges de continua quorum
multum militum quorum unus vocabatur
rex carras / alius rex ymasius /
tercius nestor et fortis / et quartus
rex amphimacus / et de regno
licie cum tribus milibus militum venit

Rex glaucus cum eius fortissimo filio
Sarpedone qui regi priamo fuit
vinculo consanguinitatis astrictus. Item
de regno licaonie venit rex euphe-
mius cum mille militibus expertis in
bello. Item de regno quod dicitur de larisse
venerunt duo reges cum militibus
militum mille et quingentis scilicet
nupar grandis et rex euphemus.
Item de regno quod dicitur talaria venit
rex remus cum tribus milibus
militum et remus continua venerunt
comites vii et duces quatuor
qui regi remo fideles erant iure
vasalli. Hii autem omnes portabant
arma coloris albi sine flamini
absque aliquo intersigno ut inter
bellorum acies rex remus et sui
de facili possent agnosci licet esset
aliqui qui eadem arma gestasset.
Item de regno quod dicitur tracia videlicet
quod in orientali plaga situm est venit
rex pilex et alcamus dux ducen-
tes secum mille et centum milites.
Item de regno panonie venit rex
pentheusius et Sata consobri-
nus eius dux Scapes cum mille
militibus tamen qui huius provincia
tota consistit in montibus obscuris
nemoribus et siluis umbrosis. Raro
enim sunt civitates et ville et quasi nulle
planicies et ideo dicitur terra multos
venenosos famosos sagittarios habu-
isse. Optimum et ideo etiam terra multa
maculosorum visa fuisse natura et terra
multa sunt genera volucrum et fera-
rum et eius milicia processus est exercita
in venatibus lancearum arcuum et etiam
sagittarum. Item de provincia Boetie
venerunt tres duces cum mille

cc militibus dux fidelis amphimus
dux forcinus et dux samius. Item
de regno troiano quod est valde sup-
positum orientali plage plenum omni
genere aromatum venerunt duo re-
ges fratres cum mille militibus rex vi-
delicet boetes et rex epistrius. Item
de regno passagonie quod est in minus
propinquum versus oriente solum quidem reg-
num et debile propter multa remo-
tum spinis venit ille ditissimo
auro et gemmis que affluere ty-
gris et eufrates crebrius tri-
muit in cuius ripis regnum ipsum
passagonum situm est. Rex phili-
menus cum duobus milibus militum
venit scuta quorum materia non
erat ex ligno constructa sed tamen ex
coriis decoctis multo tamen auro
fulgencia et diversis gemmis orna-
ta fuerunt. Rex philimenis erat sta-
tura valde grandis non minor
statura gigantis. Item de regno
ethiopie venit rex perses et
cum eo continua strenuus rex me-
non cum militibus ducibus et comitibus
sibi subiectis tribus milibus mili-
tum inquorum continua venit aga-
mon frater menonis regis supradicti.
Item de regno thoto venit rex
theseus et archilogus filius eius
cum mille militibus et ipse rex the-
seus est ipsi regi priamo stricta
consanguinitate coniunctus. Item de insula
que dicitur agrista venerunt reges
cum mille militibus et quorum nomina
fuit expressa non sunt. Item de regno
lissinie quod est ultra regnum ama-
zonum venit quidam rex senex val-
de sed multa discrecione conspicuus
nomine Epistrophus vii libalibus

H

artibus eruditus / hic duxit se-
cum mille milites et quendam sagit
tarium visu mirabile cuius una me-
dietas ab umbilico supra erat
homo / et ab umbilico deorsum
erat equus / et alia medietas
que erat humana / totum erat
corio coopta / pilosa / sicut corium
equi / oculos tunc habebat flammeos
et velut igne rubentes / Sed eius
tamen aspectus tunc erat timo
rosus / qui adversus grecos pugnan
tes multos eorum interfecit / et
dampna quam plurima dedit eisdem
multos ex eis letiferis vulneribus
peremisset fuerunt autem milites
/ qui cum hiis regibus advenerunt
preter milites regis priami / et nume-
ro indice / numero xxxij milia / numquam enim ab
initio mundi constitutione legitur
tot milites tot invenies belli
corpus coactos in unum / ubi totius
mundi milicie flos erat excepte tro
ianorum quam excepte grecorum quorum
in unum / Attendat quod lectores presentis
historie / quam leviter et debili voce
tot sororum tot maiorum processit
initus / Et sane abhominanda
sunt scandala quorumque sunt de
bili ratione subnixa Liber

~~Liber quintusdecimus de discessu~~
~~grecorum a thenedon et accessu illorum~~
~~troianorum regno describit primum~~
~~bellum de hoc plenius habetur in libro~~
~~xxvj.~~ quintusdecimus

Nondum igitur greci a thenedon loco
discesserant / cum ibidem ille
Palamides filius regis nauli
cum xxx navibus militibus onustis
ibidem applicuit / De cuius adventu
greci letati sunt valde / cuius mo
ra ipsius multum impingebat eum

/ quare maturius non venisset / et precipue
apud athenas / qui asserens se mor
bo finisse quem detentum / sua absen
cia vos accusando / hic autem pa
lamides inter grecos in honore ma
ximo habebatur tum apud maiores
grecorum primus existeret necnon quod po/
tens virtute bellandi / discretus in
suo consilio / et spaciosus plurimorum diciis
plenus / et militibus opulentus ro
gatur quod cum greci ut unus de consilia
riis statuatur / quod palamides gratanter
annuit / ad postulacionem ipsorum / multis
quidem noctibus et diebus greci convene
runt in unum / et precipue maiores
eorum ut certa consilia tractarentur /
per que ad obsidendam troianam civi
tatem possent utilius et comodius
provenire / prenderunt enim primo / ut
sub noctis tenebris exequentur
secreti opus eorum / Et timore dic
ti decessu navium / a loco ubi
tunc erant / et accessu ad littora urbis
troiane ne noctis obscuritas et
precipue locorum incognita vel noti
cia navibus et navigantibus possent
inferre discrimina / Sed quia ab hoc pro
posito destiterunt / Et ad hunc ex in
tegro eis refragantibus / Cum data
essent multa consilia / Solius
dyomedis consilium ratum fuit qui
inter grecorum consiliarios hec verba
protulit audite unusquisque reges et
principes / qui nunc presentes estis
audite / verba mea et attendite
presertim eorum / multum est verum de quo
et multa dedecora pudore confundi /
/ quia iam est annus unus elapsus et
plus quam in hac terra venimus / nec ab
ea recedere nos aliqua audacia

potuit clarere, ut Troiam adire vel
videre possemus / quod interim peregimus
nichil aliud erat / quam quod inimicis
nostris facultatem prestitimus / sufficientem
et spacium acquirimus / nos adiuvan-
di / intro facilius et potencius
valeat nos deducere in ruinam / Certe
cum iam postquam venimus huc non inde
discessimus ex quo pro certo notissimum
nobis Troianis esse superaddita
multa subsidia / virtute eorum et defen-
sione novis muris vallibus
et cavernis reparasse / et multa corpor-
atione pilorum / facile enim facultatem
interim habuerunt / procurata omnia fa-
ciendi / et talia et materias eorum vic-
torie preparare / cum ipsi iam ceperi-
rit et pro certo teneant / nos adversus
eos procedendi audaciam non habere /
et ideo quanto magis negocium hoc
differtur / tanto magis nobis dam-
na et dedecus paramus / Puto
enim quod si tota olim potuissemus
animositate fuisse quo vero remige
et continuata via troiane urbi
pervenissemus ad littora / et reperte
[illegible] facilior nobis prestitisset
aut paciuisset terra descensus cum Tro-
ianis improvisis descendissemus
in ripis / et non nos descendere sit
necesse / illis prohibentibus inimicis / Mo-
neo ergo vos si placet / ut statim
navibus preparatis mane diluculo
nos attingamus aditum / et apparati-
bus bellicis instructis / cursu cele-
ri nos ad Troie littora conferamus
et in potenti virtute bellandi descen-
damus in terram / obsidionem obtentam
contra urbem ipsam / omni celeritate
firmantes / Certe enim debemus quod

troianis valentibus nunquam poterit a
nobis hoc fieri nisi per belli discrimina
et per magna virium multarum congeries
appositam undique / Unde remotis
moras omni alia dilatione postpo-
sita / et quicquid contrarium possit dici
quicquid sit nobis prosperum vel adver-
sum / post terga laxemus / cum ita fieri
sit vera necessitas / et per aliam viam
venire ad effectus propositorum nostrorum
quomodolibet non possimus / Placuit
igitur omnibus / absolute datum
a Dyomede consilium / Quare sequentis
diei aurora surgente cum multa
discretione / solutis navibus
portum exeunt et lato spatiantur
in mari undique / pleno igitur suscepto
consilio que naves debeant
primo procedere / et que postea sint
sequentes / alto pelago se commit-
tunt / Primo igitur statuerunt precede-
re centum naves / extensis velis suis
vexillatibus et vexillis / bellicis etiam
tribus castellis erectis / et multo
armorum tumultu munitas subse-
Inter hec autem rex Duglas ir-
ruit in Menesteum Athenarum
ducem et forti lancea ipsum in-
pellere conatus. Sed Mene-
steus dum caret lancea ipsum
impetit ense nudo et tam
potenter super cassidem eius et tam
potenter ipsum percussit in facie
quod nasali cassidis disrupto ipsum
vulneravit in naso. Sicanor videns
fratrem suum sic lesum in facie et in
naso irruit in Menesteum sic
potenter ipsum impellens quod ipsum

deiecit ab equo. Set menesteus
tamen sua virtute surrexit. Verum
alius frater eorum ipsum aggrediens
sicut erat pedes / crudeliter vexat
eum, et sic omnes tres fratres con
tra menestem crudeliter insisten
tes aut ipsum occidere aut ca
pere tota intencione festinant / Set
menesteus viriliter se defendit
verum quia plures contra vnum con
uenerunt potius preualere. Pre
dicti tres fratres ictibus ensium dis
rumpunt eius arma frangunt
eius scutum et cassidem cassat
eius et specialiter thoas maior
frater eorum qui menestem viriliter
opprimit et infestat. Sed rex
Thenus qui vidit Menestem
in tanto discrimine constitutum in
adiutorium eius festinus acce
lerat / Set sibi occurrens appetit
vnde menestem et regem
Theucrum molentur opprimere
et male sine dubio cessisset
ambobus nisi ille fortissimus
aiax cum mille militibus ab hec
tore receptis quos secum duxe
rat comitiua. Ad hoc ex parte
troianorum superuenit priamus rex
cum quinque milibus militum subduc
tu pandis et pulsate paride
predictorum contra grecos vi
liter se immittit. Superuenientibus
etiam aliis aciebus troianorum.
Fit interim bellum fuerit asperi
mum troiani aduersus grecos
nimium preualentes virtute hectoris
grecos dare terga compellunt
qui hector tunc vt scripsit da
res mille milites interfecit

Hic hector mille mi
lites interfecit grecorum

exercitus. Interea hector duplex
mas vellando discurrit. Menon
obuius sibi occurrit / quem tamen
quodam tempore intra grecos quando
ut vidit hector dixit ei. Nequam
proditor ecce iam venit hora
vt condignam mercedem accipias
ab eo quod arma auferre patro
culum tenere presumpsisti / Et facto
impetu contra eum ipsum deiecit ab
equo / et statim hector descendens
ab equo / supra pedes insilit
et nudato ense caput eius
ab eo velociter amputauit / ar
mis tamen eius quibus ipse erat
indutus ipsum nichilominus spoliare
festinat. Set menesteus athe
narum dux / qui hoc respicere per
pit accepta quadam lancea ab hec
tore irruit ex transuerso / hectorem
vero non aduertente motum illius qui
ipsum grauiter vulnerauit et vulnerant
eundem / et timens furorem hectoris
statim ab eo recessit. / Hector vero
sentiens se vulneratum bellum egre
ditur. vulnus sibi fieri fecit
et legaliter alligari / quod sanguis
ab eo manare non posset et con
festim iterum redijt ad bellum / tunc
impetu ire sue plures grecos
infestat / nam vt dares liber
testatur / predicta post vulnus
ipsum eo die plus quam mille grecorum
milites interfecit / Sic grecorum exer
citum in tanta debilitate et pusilla
nimitate deduxit / quod nullus grecorum
habebat animum se defendendi / nec
agamenoni facultas libera
competebat / quod ad bellum accedere
potuisset. Sed troianorum exercitus
in tanta virtute procedens fugientes

Mors
Menonis

grecos usque ad eorum tentoria sunt
secuti | quorum tentoria troiani qui
victores invadunt. Spoliant et predantur
et receptis ab eis vili armis
multis auri et argenti copia ma-
gna nimis | quam in tentoriis inve-
nerunt eorum | et omnem suppellec-
tilem ipsorum asportantes ad eorum pre-
sidia detulerunt. Hic fuit ille di-
es magno ipsi bello potuit esse
extremus finis | et troiani tunc fu-
issent in totum victores. Sed fata
que faciunt adversa fata contingere
| omnia certis insidiis tollunt de
medio prospere adversa que futu-
ra disponunt finaliter compleant.
O quam fuit fragilis et debilis
causa | que troianorum oculos obce-
cavit et specialiter hector qui prop-
ne sue cladis et suorum omnium fu-
turos interitus non potuit evitare
| cum eo die in tanta potencia troia-
ni fuissent quod omnes grecos qui
venerant contra eos morti tradere
finaliter potuissent | et se ab immine-
tibus et futuris periculis liberare.
Sane non est illa in aliquo sapien-
te laudabilis discrecio | qui cum
est aliquo gravi et mortali peri-
culo prepeditus et fortuna sic
sibi arridet quod per subitos et feli-
ces adventus se potest ab aliquo
casu subito liberare | si felicem
successum quem sibi fortuna repente
ministrat grata manu non recipit
ut meretur | Et finaliter non prosequitur
apprehendendo illud quod una hora
sibi exhibet felix eventus | nam
si ea hora illud non recipit et ad

mittit numquam ad illud quod uno pun-
cto potuit obtinere poterit postea
pervenire nam fata si benigni | quod inge-
runt statim non recipit ab ingrato
tamquam ille qui ingratitudinis vicium
illud amisit | exhibere postea
sibi negant. Sic successit infelici
hectori illo die | qui potuisset de
suis hostibus in multa gloria obtinere
triumphum. Dum per acies discurrit perse-
quendo hostes suos | qui tamquam de-
victi a viribus troianis eorum facia-
em fugiebant | ex parte grecorum cum
obvius sibi venit | Exoe filius Exi-
one sororis consobrinus eius | fi-
lius thelamonis qui thela-
monis aiax proprio nomine dicebatur
et qui in virtute bellandi ipsum ho-
stiliter est aggressus | Cum fuit vir
in virtutibus multum ~~plurimus~~ potens
et fortissimus preliator committi
quod diu conflictum inter duos tam
fortes | Sed dum inter se bellando
mutuo loquerentur agnovit hec-
tor illum esse filium amite sue et
linea sibi consanguinitatis coniunctum
| Sic hector exinde multum factus est
letus et depositis armis multa
cum sibi affectione blanditus | pla-
cere sibi in omnibus respondet | et mo-
net ipsum et cogit ut troiam veni-
at amplam sui generis parentelam
inspecturus. Sed ille rogans et sal-
vacionem suorum grecorum et sue patrie
non omittens | rogat hectorem ut
si tanta affectione diligatur erga
eum faciat et procuret quod troiani
amplius eo die bellare desi-
stant | et quod grecos fugientes amplius
non sequantur sed ut signum ad bibendum
reddat | greci eo die in pace di-
missis evenit infelix hector | qui

in contingenti commisso iubente priamo
omnes troianos retrocedere a bel
loque desistere mandat et iubet
Sed troiani igitur grecorum naues igne
comburant. Sed omnes naues
finaliter exussisset. Set ad vocem
et mandatum ducis eorum omnes
totaliter destiterunt et multo dolo
re conuicti ad ciuitatem redeunt
et ingrediuntur ipsam. et ista fuit
tam leuis quod troiani illo die ab
obtenta eorum victoria recesserunt
A qua postea nunquam potuerunt
fatis prohibentibus peruenire. Liber
Liber Sextusdecimus in quo
agitur de scdo bello Rubrica 16

Portis igitur ciuitatis seratis
seris et repagulis vei
ente nocte firmatis. paruum
ante surgente aurora. troiani
viri pugnaces et qui sani erant
arma capiunt. armati plures
exeunt. diei luce ut admissum
hectore duce eorum ad bellum ex
eunt contra grecos. Set secundo die
greci ad priamum nuncios transmi
serunt. petentes mensium duorum
inducias treuga firmata. quod
rex priamus et hector de maio
rum exercitus consilio concesserunt
Greci non interim mortuos eorum
quos voluerunt tradiderunt sinodalem
re sepulture. Ceterorum autem mor
tuorum corpora statuerunt igne
comburi. Achilles vero qui de mor
te patrocli solari non poterat de
morte eius mestus et flebilibus
vocibus in multo fluore lacrimarum
diu lamentatur. Demum con
structa patroclo ex insignibus mar
moreis lapidibus sepultura. cor
pus patrocli in ea in multo hono
re facit achilles humari. et secura
firmitate recondi. Sed grecorum ma
iores corpus prothesilai in quodam
thenotaphio. marmoreo nimium
precioso statuerunt in honore ma
ximo ut moris erat maiorum
nobilium sepeliri. Troiani vero interea
treuga facta et durante eorum in bel
lo vulneratis ipsorum consilio me
dicorum curari faciunt et mederi
In fine eorum duorum mensium corde
restituti sunt qui vulnerati fuerant
integre sanitati. Set et rex pria
mus qui de morte cassibilas sui
filii naturalis solari non poterat pro
eo quod magis eum quam capiat primus
affectus tenerrime diligebat in lacri
mis vacabat diurnis et lamen
tis. Set deinde ipsum in templo ve
neris recondit in sepultura plu
rimum preciosa. Cassandra autem plo
rantium audiens gemitus et lamenta
funestas exclamat in voces
dicens o miseri troiani quare vos tot
excidia sustinetis que de vobis
omnibus similia sunt futura. Cur pa
cem grecorum non queritis antequam gla
dio trucidati omnes neque pe
reatis. et nobilis troia precepte de
tur et funditus in ruinam. et ante
quam parentes nuptes eorum orbate
perpetuas ipse et ipsi defleant se
nectutes. Sane non fuit helena
tam dolorosa tam exitioso precio com
paranda ut omnes nostros ad eum
tanto martio peramus. Cum tam
cassandra talibus sermonibus nullum
finem imponeret. Rex priamus capi man
dauit eandem et sub firmi clausure

custodia multo tempore detinuerint. Inte-
rim quod palamides multum conqueritur
inter grecos de dominio Agamenonis
sic prelati dicens eum esse indignum tanti
dominii prelatione super tot reges et du-
ces et se eo asserit digniorem. Non enim
habere consensum suum velle. Cum ipse eum
sibi non elegit nec ab omnibus regibus
qui sunt uno populo quoniam tamen fuit
electus. Sed albus tum per sanam omnium
aliorum. Et hoc tunc non fuit ulterius
processum. Elapsis vero indutiis
treuge date Agamenon in sue
prelationis officio pungens et cura ex
inde debite sollicitudinis in tale
scens omnes acies suas studio
vigili ordinavit qualiter ordinate
et debite procedere debent ad bellum.
Primam igitur commisit aciem Achilli.
Secundam Dyomedi. Terciam Menelao.
Quartam Menesto Athenarum duci.
Et omnes alias acies subsequen-
tes idem Agamenon prelatus dispo-
suit circumspecte. Hector autem suas
acies in multa discrecione constituit.
Infirma posuit troilum et ceteris
viros multa strenuitate conspicuos
prout fuit vigil sibi cura. Nec
mora hector cum omnibus aciebus
multa cum strenuitate porta civitatis
exiit et grecorum acies tunc descendendo
cum eis in campum liberum se recepit.
Hector igitur primus contra Achillem
quem bene cognovit ingreditur in con-
flictu. Et dum uterque eorum unus
videlicet contra alium equum suum ur-
git intensum ambo viri concurren-
tes dum alter eorum impegit in alterum
ambo sternuntur ab equis in terra in-
fortis impegit in forte et ambo pro-
corruerunt. Et hector celer surgens sta-

equum suum violenter ascendit. Achilles
desiit et se velociter ingessit in tur-
mas maiore parte sibi contrarium
infestat alios vulnerat alios cru-
deliter prosternit ab equis et in virtute
sue potencie omnes grecorum acies
fortiter bellando dimicans confortat
et ubique velut percussor sanguine
madescens incedit [illegible]
crudeli ense nudo. Achilles vero
non post magnam horam insurgens
equum ascendit et facies in circuitum
troianos multos occidit ex eis
et tam diu per turmas volitando
discurrit quod hectori venit obvius
in virtute bellandi. Insiliunt quasi sta-
tim alter in alterum in fortitudine la-
cerantur. Et hector sic potenter Achil-
lem impulit quod licet lancea sua
precedentes confregisset utrumque Achilles
se in equo sustinere non valens
ab equo sternitur et preceps cor-
ruit ad terram. Hectorem capere inten-
dere equum Achillis. Et cum contra
victores multa contra hectorem insul-
taret Achilles equum suum festinus
ascendit hectorem impetit ense
nudo et sic potenter ipsum percussit in
casside supra caput quod hector
nescio mutans in suorum vultus
lacerorum vix se tenuit firmum in sella.
Hector tamen postea multo dolore suo-
re succensus irruit in Achillem et
ipsum impetens multa potencia en-
se nudo terribus viribus ictus ictibus
cumulando super casside percussit
Achillem sic quod per renes faciem
rivuli sanguinis defluxerunt. Mor-
tale igitur certamen insistit ambo fo-
rent ita quod si diutius ambo in
eodem stetissent bello perstitisset alter
interfecisset alterum vel ambo se mutuo

devenissent. Superuenientibus quoque noctis
eorum de aciebus singulis partis utriusque vix
sunt ab inuicem separati. Interim Dyome
des bellum intrauit cum maxima a
cie pugnatorum et ex aduerso Troilus
cum maiori. Dyomedes et Troi
lus ambo bellando conueniunt
ab equis se sternunt. Set Dyomedes
primus surgit equum ascendit Troi
lus statim pedite sic violenter per
cussit de cassidem quod ceylum cassidis
eius fregit. Verumtamen Troilus in virtute
virium suarum Dyomedis equum
interfecit ita quod ambo insimul pedi
tes preliantur. Circa vero Dyome
dem et Troianum Troilum ascendere
faciunt et ambo pedites repetunt
certamen eorum. Set Dyomedes in mul
ta potentia suorum preualens cepit Troi
lum et captum cum duce ad presidia
sua conatur. Troiani vero contra Dyo
medem acriter insistentes tandem a ma
nibus suis eripiunt in multo discrimine
personarum tunc de utraque partes sup
uenit Menelaus et ex parte Tro
ianorum Paris accessit ad bellum
quod diris instauratur. Hector vero
in bello quasi furibundus anhelat
quoscumque sibi occurrentes interficit
et dum vindicasset contra eum obuius
quidam miles nouus nomine Bo
etes virtute sua contra Hectorem
est agressus. Set Hector tamen contra
ipsum percussit in capite proprium a
vertice usque umbilicum duas
diuisit in partes. Qui statim mortu
us expirauit. Hector autem equum
eius arripiens ipsum fecit per quendam
suum familiarem asportari. Rege Ar
chilogo ~~Boetes~~ Boetis consanguineo
hoc vidente. Qui dum consanguinei

Mors Boetis

sui mortem moliret vlcisci contra
Hectorem est agressus contra quod Hector
potenter viriues ipsum non obstantibus
eius turmis per medium ense scin
dit. Qui statim mortuus super inter
pugnantes emisit. Rex vero Prothenor
ausu temerario ductus ex transuerso
inuadit Hectorem et tam potenter ipsum
impellit. Non aduertente Hectore eius
insidias quod Hectorem deiceat ab
equo. Set Hector in continenti consur
gens equum ascendit et Prothenorem
inuenit et tam dure in suarum viri
virtute percussit quod corpus eius
duas diuidauit in partes. Achilles
autem postquam Prothenorem vidit extinctum
qui sibi in linea consanguinitatis atti
nebat de morte ipsius contra sunt
tristatus. Set Rex Archilogus de
morte Prothenoris in sui dolore ge
rit cum sibi esset satis proxima consan
guinitate coniunctus. Achilles quoque et Ar
chilogus simul cum eo in tempore cor
poris Prothenoris Regis intendunt quod
facere minime potuerunt. Inualescen
tibus enim in multa virtute troianis
greci necessario sunt dare terga coacti
quos troiani sepius coegerunt
in fugam. Ipsi enim eos usque ad eorum ten
toria fugientes secuntur occidendo
eos et ipsos continue voluando die
autem ad noctis tenebras iam ver
gente superueniente noctis umbra
cuius bellum est diruptum

Mors Archilogi

Mors Prothenoris

~~Liber decimusseptimus de quarto bello~~ Liber decimus septimus

Aspectibus igitur hominum crepusculo
a stellis pacis spacium undique pa
tefacit quas nox que noctis occul
in tuentibus propter sue tenebras cecita
tis apte volgauit, omnes Reges
grecorum duces et principes in usumis

Hic tractatur de morte hectoris

noctis continuo in Regis agame
nonis tentorio conuenerunt vbi tra
ctatus de morte hectoris quo ipsum
interficerent multa consilia sunt scru
tati Dixerunt enim nisi hector ab
hac vita deficiat qui se ipsius
bellis troianis nunquam poterunt sic
offendi quod greci possint de eis ad
victoriam peruenire Ipse enim solus
est troianorum omnium defensor et
grecorum mortalis offensor Et de
mum ipsi se in hoc consilio firmaue
runt quod officium talis negocii achil
les reciperet super se non tantum suis vi
ribus quam suo sagaci ingenio ter
minandum quod Achilles suscepit sol
licito animo exequendum cum penitus eum
interficere cupiat ex eo videlicet
quod hector affectat mortem achillis
Et nisi Achilles sibi prouideat de
facili poterit per manus hectoris re
perire fortunam sinistram Cumque
rei causa eorum de hoc finito consilio
singuli eorum ad tentoria sua rede
unt eius noctis causa quietis ad
ueniente vero sequentis diei diluculo
mane facto greci catervatim ad ar
ma currunt Sed ille fortissimus
omnium hector quietis impaciens por
ta iam exierat ciuitatis et campum
peruenerat causa belli cum sua acie
quam sibi instituerat De troie pug
natibus spatiosis ornatis quod scitus
Eneas cum acie sua velociter prope
rauit Sic paris sic deiphebus
sic troilus sic ceteri cum aciebus eorum
ductum per hectorem ordinatis Primus
igitur ante omnes hector ingerit
se ad bellum cum troianorum duabus
aciebus que sibi fuerunt ut scripsit da

res ex parte troianorum Centum quinquaginta
milia pugnatorum Inter utrasque partes
bellum letale committitur Paris cum
illis de persia pugnatoribus cum arcubus
et sagittis bellum ingreditur innumerabi
les grecos interficit et letalia
vulnera grauiter figit in illos Interim
agamenon Rex bellum ingreditur
quem statim hector aggreditur ab equo
sternit grauiter vulneratum Achilles
vero cum inuadit hectorem cassidem
eius in eius capite ictuum multorum
virtute confregit Et illico E
neas et tilius irruunt in achil
lem in multitudine pugnatorum cum ille
fortissimus dyomedes irruit in
Enea quem grauiter vulnerauit qui
in superando dixit Enee dic bo
ne consiliarie qui Regi priamo
dedisti fidele consilium de me ista
patria offenderes Et peto scias
quod huius prelia sepius frequentabis
et in manus meas si te contingit
iterum peruenire meis manibus morie
ris Et tunc facto impetu contra
eum ipsum deiecit ab equo Ad
hunc hector inuadit achillem
inuincibiliter eum grauat Cuius cassidem
confregerat Capere intendens illum
Et filius tydei qui sic intercep
tum vidit achillem in hectorem irru
it furibundus et eleuato ense
in suorum fortitudine brachiorum per
cussit illum et ei graue vulnus
intulit Hector autem ad ictum
vulneris nullatenus stupefactus
arrepto ense in multo furore ra
bie in dyomedem qui contra eum
iam velle insistebat potenter irruit
sic quod ipsum deiecit ab equo Troi
lus vero videns dyomedem
deiectum ab equo in terram descendit

abequo contra dyomedem pedes
se dirigit ense nudo / contra quem dyome
des viliter se deffendit achilles et
hector mutuo prelian͠t / Intium ro
menelaus vlixes polimores
neptolomus / Polidamas stelene
menestodux nestor thoas eu
ralus philitras et theseus ex
parte grecorum veniunt i conflictum / Et
ex parte troianorum veniunt reges
omnes qui venerant in adiutorium
eorum cum multitudine gentis eorum / nec
non et omnes acies eorundem per hec
torem ordinate / mirabile bellum
committitur inter utrosque / Rex agame
non rex pandalus inter se sunt
obviantes ambo se sternunt abequis /
Rex menelaus venit obuius
paridi / qui se tunc ambo viderant
agnouerunt et dum ambo se offe
dere conarentur menelaus impulsu
sue lancee paride vulnauit / Et
tarmen suorum tutela fidelium pa
ris quamuis non est lesus / Et nichilo
dum addictus potentia paris se su
stinere non posset deiectus abequo
peruenit in terra / qui multo pudore
perfusus erubuit / propter helenam
cum sit ipsi enormiter dehonestatus
menelaus / Inter rege cicastrum
et vlixem / maxima fit belli con
tentio vlixes ipsum abequo deiecit
/ et equm eius captum grecis / ad suum
tentorium mandat duci / Poli
damas irruit in apon senem /
letaliter ipsum percussit / qui ex eo vul
nere mortuus exspirauit / Nepto
lomus Archilogum rege aggreditur
/ ambo deiciunt se ab equis / Po
lidimas irruit in polimide ipsum

vulneratum abequo sternit et turpis
verbis debilitatem eius improperant
eidem Rex stelonius et rex carras
inter se ctando conueniunt / Et rex
stolonius / rege carra vulneratum
abequo prosternit / philimenes
irruit in rege remum / Et ambo
deiciunt se ab equis / Rex theseus
et rex eurialus ambo bellando
conueniunt mutuo se vulnerant / et
se abequis deiciunt / duo tuo se
naturales filii regis priami fecerunt
de eorum strenuitate mirabilia /
illa die multos interficiendo grecos
/ et multos ex eorum regibus confunde
do / Rex thelamon rege epistro
pum aggreditur / ambo impulsu fortium
lacertorum quamuis vulnerando se sternunt
sic quod quasi seminiui in medio bella
tium deciderunt / Rex thoas et a
chilles / qui conspiciunt simul erant
ambo simul aggrediuntur hectorem
diuersis ictibus et sagittis ipsum in
pugnant / Abeuns capite eius
casside extirpant / multis locis
percusserunt eundem / a quibus multi ru
uuli sanguinis defluxerunt / Et hec
tor in rege thoas viliter insurgendo
percussit ipsum in facie / sic quod medie
tate nasi detruncauit eidem / Tunc
fratres hectoris naturales / et hector suo
eorum festinatur accelerant / mirabi
liter grecos premunt / Rege thoas ca
piunt rege thelamone letaliter
vulnerant deiectes ipsum abequo
/ ita quod quasi mortuus ad suorum ten
toria fuit delatus et rege tho
as captum ad ciuitatem troie
per deiphebum et anthenorem trans
miserunt / Paride menelaus of
fendere multa intendit / Et paris
qui hoc bene percepit rabiose in me
nelaum arcu sagitta emisit

cheit Apon

letali toxico delinita et sic eum
grauiter vulnerauit / quem sui quasi mor
tuum ad sua tentoria protulerunt
Et illico arte medicorum ligato
vulnere menelai / et vulnere in vn
guentorum medicamine dulcorato idem
menelaus redit ad bellum / Pari
dem querit de eo cupiens furibun
dus vlcisci / paridem inuenit / Impul
su sue lancee menelaus paridem
deicit ~~se in scuti sui cen
iens medium immisisset~~ Volens
eum letaliter vulnerare / quod venera
fecisset nisi Eneas inter vtrumque se
inserenti sui clipei medium im
misisset / Paris autem tunc erat inermis
tamen ipse se suis armis volun
tate spontanea exuisset / quia
perpensat menelaus / in morti tra
dere eum facilius estimabat / E
neas vero magna militum cater
ua / pro eo quod paris non erat ar
matus ipsum adiuuit custodia
circumcauit / ne forte tunc eum offe
deret menelaus / Et hector me
nelaum aggreditur / raptim inter eum
fremens voto frustratus est / statim
pro eo quod tenus succursu accessit in
numerabilis quantitas pugnatorum /
quare eo dimisso / cum suis acies
grecorum irruit ipsos interficit et in
sua et suorum potencia greci sunt deri
ve terga coacti / troianis grecos
insequentibus fugientes / Et vergente die
ad solis occasum / bellum diminitur
et vtriusque partis acies mutuo se
parantur Liber decimusoctauus
~~Liber decimusoctauus de quinto
bello Rubrica~~

Troianis quoque intrantibus ciuitatem
et portis in ciuitate firmatis
occlusis / sufficientibus excubiis or
dinatis / qui fuerunt in bello las
sati / nocturne quietis commodo
se dederunt / Mane vero facto Rex
priamus statuit eo die bella
dum non esse / Et per quibusdam se
cretarijs suis misit hectore
videlicet paride troilo deiphebo
polidamas / Anthenore et Enea
vt ad ipsum accedant / quibus
venientibus et existentibus coram eo /
Rex priamus eis dixit hec verba
Nescitis quod Rex thoas carcer
in tenet inclusum / qui in multa fu
roris audacia non offensus a
nobis intrare ciuitatem extimi
mi et in vrbe personarum excidium
inferre venerit accessit / Quod iustum
michi videtur / vt per vos iniqua mor
te periret qui voluit nos perire
/ vt vel sit furca suspensus / vel alio
modo nequiter detruncatus / quid
inde nobis videtur per vos consilium
salubre pandatur / Eneas autem
qui primus ad regis verba re
spondit huiusmodi dixit Regi / absit a no
bis domine mi Rex / quod ad tantum
facinus vestra nobilitas deducatur
/ Cum Rex thoas sit de melioribus
grecie militibus suffultus consanguineis
et amicis / et nos cum habeatis mul
tos qui cari sint vobis possit eorum
aliquis a grecis intercipi / quem greci
simili pena afficiant tamen vobis quod
forte per maxima mundi parte prius
sic scitum esse aliquatenus non velletis /
et sic magis verum salubre sit
Rege thoas captum salubriter gu
bernare / qui pro aliquo vestrorum in bello
similiter intercepto possit recuperacionis
beneficio ~~recuperari~~ commutari /
hector autem Enee consilium
puta laudabile satis probat /

Et priamo adhuc in suorum verborum
intencione persistente pocius dixit eis
si sic decreuistis faciendum iam greci
putabunt et dicent nos sic esse re
pete non recusasse quod de nobis offen
dentibus non habeamus audaciam fa
ciendi iusticiam nec vindictam. communis tamen
de hoc in vno consilio iudicio concessa
et sic consilio fine facto Eneas ad
videndum helenam se velle dixit ac
cedere priami filium et Anthenorem secum
duxit et intrantibus aulam pulcri
tudinis vbi tunc regina hecuba
que cum helena residebat cum turba
na multarum nobilium mulierum Eneas
et filius helenam visitauerunt multis
affectuosis sermonibus confortare. Sed regi
na hecuba que cum helena re
sidebat vt prudens sapiens et discreta
eos ad vnitatem personarum eorum ciui
tatis troie regis priami satis de
notis obsequiis fuit hortata.
Greci vero mitte de captiuis eorum
conquirunt et dicunt se fuisse ma
xima fatuitate deceptos qui ad
tam continua dispendia personarum et
rerum se submittere voluerunt a qui
bus poterunt tunc salubriter
abstinere. Eadem quidem nocte aer
obductus multa caligine te
nebrarum multas aquosas diffu
dit pluuias in multorum ymbrium
tempestate velud si nubes
nunquam pluuias effudissent vel qui
dam forte vellet terris effundere deu
calionis diluuium iterato et quod sic
toto continue ea nocte ventorum
rabies tanta et tam continue inualuit
quod omnia grecorum tentoria a suis statio
ne deseruit. propter quod grecis magna
doloris et laboris fuit anxie
tas. Et demum nocte fugata fu
gerunt tenebrarum sordes tempestatis
cum adueniente die splendor sere
nus apparuit qui tota terre fa
cie illustrauit. tunc greci armis
eorum preuiis induunt ad bellum pro
cedere festinantes. Achilles primus
inter grecorum acies campum petiit deinde
dyomedes agamenon menelaus
et athenarum dux. Achilles autem
primus in campum concludens gigantem
filium regis de tauissia impetuose
inuasit et sic cum sua lancea a
chilles impulit et percussit quod ipsum
mortuum prostrauit. Ab equo rex
ortoemus aggreditur hectorem quem
hector prostratum interficit. dyome
des regem antipum coram eum bellante
in multa virtute peremit et cum duo
reges quorum vnus vocabatur epi
stropus et alius cedius in bellum
peragerunt in hectorem irruunt. Et
epistropus contra hectorem quem bene
cognouit multis contumeliosis verbis
insultat et post verba in eum impetum
faciendo ipsum cum lancea sua vili
impulit sed eum a sella non potuit
remouere. Quare iratus hector de
verbis eius et factis ipsum aggredi
et eum crudeliter interemit. Et dum
aduersus eum contumeliosa que verba
que diffundebat enormiter inter
vinos dixit sibi hector vade
et anno inter mortuos si potes
effundas. Cedius vero videns mor
tuum regem epistropum fratrem suum
multo dolore tangitur et inter sui
doloris angustias mille milites
suos quos cum multis aliis in ad
iutorium grecorum adduxerat statim
conuocat et mandat eisdem quod cum

cu ese suo put ipm letali vulnare hector q xviii
vidit ictu exteso brachio

eo hectore insequeretur ut ipm interfici
ant et demorte fris sui optatam
consequi valeat ulcom. ne mora p
dci milites cu rege cedio hectore
insequit ipm invenint int turmas
et i eu irruunt ab equo deiciunt
Sz rex cedius du extenso brachio
venerete rege cediu ipso brachio
percutit sic q ipm brachiu ab hu
mero dividens regi cedio detru
cavit et ipm rege cediu appi
Rex Ce quas q ia ab equo ruebat ipe
ptim' interfecit menelaus aut
rex, et dux athenaru, ite rex the
lamon rex ulixes rex dyome
des rex archelaus rex mathe
on et rex agamenon cu eor
aciebus omnibz bellu initiat inges
et letale bellu committit ex utraqz
latere multi deciduit interfci. Ia
sol diei mediu constituat cum
omnes gra convenientes i unu sil
omnes irruunt troianos et eor
virtutis audacia sic troianos
oppresserunt q eos urgente
necessitate se conuertut i fuga. tunc
achilles rege philis bellatorz
cu eo i suaru potentia virum iter
fecit. Sz hector exinde multo
furore bachatus duos de grecorz
regibz interfecit. rege videlicet
Reges 2 deri apinor et rege derinus. Tunc
troiani a virtute hectoris sic
alter bellatis capu recuperant
et durius grecos premut. Sz i
rex epistropus tunc a civitate
troiana cu suis exivit cum
tribz milibz pugnaciu. qui omnes
bello viriliter se immiscent grecos inse
tant crudeli et confundunt et multo
forcius eo q idem rex epistropus

qdam sagittariu secu duxit. hic
aut sagittarius ab umbilico
inferius erat equus et ab um
bilico superius erat homo et in
omni sui pte tam superius q infe
rius coopertus erat ex crinibz
seu pilis equinis. facies aute
eius lz similitudis esset humane
tota erat ignea q rubea igneu
colore habens. oculi aut eius
erat splendidiores facie i igne
ardore cu duas ardentes flam
mas igneas preferret. propter
q metuentes ora eius maxie
deterrebat. hic nulla armor
tutela vestitus erat. cu arcu
i manu et qdam pharetra ple
na sagittis bellu intravit in
tinus ingressu equi bellatiu
valde perterruit non obstante q
assessores eor multas eos si
miles callarium tunc pungebat
et retrogradi sunt subita qi rapi
ebant i fuga. Sz cu magno
labore bellantes ipm detinue
runt i bello non minus ipsi bellantes
ipius sagittarii impetu dubi
tantes. q i arcu et sagittis su
is grecos plurimos interimit. hec
tor aut tunc ducem salemini
polixenaru qui adversus eu pri
mu insistebat occidit et ita mor
tuus expiravit. Du igitur sagit
tarius interficiendo grecos p turmas
dispergeret troiani crudelius insi
stunt cont grecos i fuga dentata
te conversos ad tentoria sua festina
ret quos troiani usqz ad sua ten
toria sunt secuti. ubi mirabilis
casus emersit. na du sagittarius
grecos fugientes coram eo gruiter
infestarz et troiani i tentoriis suis

Polixenarz dux salemini.

grecos opprimerent. Dyomedes qui fu-
giens ad tentoria properat coram uno
de papilionibus sagittarium inuadit
quem nullo modo uitare potuit propter
troianos qui contra eum a tergo ui-
riliter anhelabant. Necessarium ergo fuit pri-
mum dyomedi ut mitius et du-
bitans in sagittarium irruisset qui
si noluisset retro redire cum ipse fu-
isset cunctis vulneratus in manibus ho-
stium incidisset quem iure nullatenus
euasisset. Sagittarius ergo dum
dyomedem in sua sagitta percuteret
dyomedes cum ense suo tam viriliter
ipsum percussit in ymo quod mortuum
ipsum deiecit in terra. Interea greci ca-
pud recuperant et troianos retro
cedunt inicio. Hector vero in achil-
lem irruit et equi sui celeri
cursu nomine galathea. Tot que
dum irruisset achilles in eorum ictibus
lancearum se ab equis deiciunt.
Et achilles equum suum protinus ce-
ler ascendit et equum hectoris
galathea manu extendens cepit
ipsum sagaciter asportare. Hector
autem iratus ad suos potenter
exclamat ne equum suum ab-
ire permittant. Propterea quod infiniti mi-
lites ad ipsius equi recuperacionem
viriliter intendentes irruunt in achil-
lem et ingens bellum committitur inter
utrosque. Et fratres hectoris in multa
virtute bellantes violenter extir-
pant de manibus tenencium gala-
theam et illum hectori restituunt. Ex-
inde fero leto. Verum dum hec inter
utrosque in multorum excidio gererentur
et anthenor inter grecorum acies
bellando discurreret greci in multa pu-
gnancium cortina anthenorem
capiunt et captum ad tentoria eorum

Mors Sagittarius

mittunt. Et cum iam dies declinasset
ad uesperas et pre ira urgente ten-
deret ad occasum non obstante quod
polidamas anthenoris filius
qui sui patris non inter fuit cap-
cioni preoccupacione ipsius multa
commisisset in bello. Eo dicto superueni-
entibus noctis tenebris prelium
fuit disruptum. Liber decimus

~~Incipit liber decimus nonus de~~
~~sexto bello~~ nonus

Sequentis igitur diei aurora sur-
gente solis splendore cum-
quaque diffuso utrinque partis acie-
bus in campum egressis bellum leta-
le committitur inter utrosque et to-
ta ea die usque ad noctis tene-
bras est pugnatum. Multi fuerunt
eo die interfecti de grecis sed plures de
troianis, nam greci tunc melior pars
successit belli. Et illius diei super-
ueniente nocte non fuit amplius
~~misse legatos~~ pugnatum. Sequenti uero
die greci dyomedem et ulixem ad
regem priamum transmisere legatos
ut treuga firmata cum mensium
indutie largiretur per regem priamum.
Hiis autem legatis placuit quidam
miles dolon satis diues et no-
bilis et oriundus de ciuitate tro-
iana. Qui legatis ipsis obuiam et
eos comitatus regis priami con-
spectui presentauit. Legati uero legacionis
sue causam regi priamo sinceriter
explicarunt. Rege priamo tunc ad in-
stanciam diuersis completa cibariis ex-
istente in mirabilium cortina mili-
tum. Rex priamus respondit eis in
multa urbanitate uerborum se statim ex-
inde consilium habiturum. Et confestim
suis consiliariis conuocat omnes in
sadiis proceres in duces conuenerunt

excepto hectore qui dem vulgo eadem
ipse omnino dissidet asserens grecos dolo
et astucia petere prorogatas indutias
sumpta occasione fatali q velint
scilicet iterum mortuos sepelire / cum
ipsi victualibus careant / et per aqui
sicionis ipse commode itum como
de habeant facultatem / Et nos iterum
in victualia consumemus que tamen
nobis persistentibus racione tante
gentis in hac civitate nobiscum
inclusa preesse existat / Set ex q
omnibus fuit acceptum hector no
luit tantorum hic inde contraria
consilia refutare / quilibet enim di
scretus nuncupatus ad consilium recipit
multos licet iocunda conciant similiter
si sibi aliud videat non propterea con
sensus omnium / Set imponit silencium
ori suo / q ipse dicat q sibi videtur
cum multociens contigit et contingat
q unus sua et minor multos
sapientiores ad suam sententiam tra
hat / utpote consilii sanioris quiuis
semper et frequenter obtineat q multorum
sua pleat ... / licet alius
salubrius et melius consilium sibi
iniunxerit / Et ideo hector ad eorum con
silio tacite ab omnibus non discessit /
licet exinde sibi videtur vitan
ne videatur tantorum revocare consilium
quod tum mesta indutie sunt concesse
/ q omnibus tam grecis quam troianis grata
extitit ut a bello quiescerent infra
tempus indutiarum ipsarum et durante
trengua predicta in comunitatem unius
palio rex thoas ... et an
thenor liberi a grecis / Calcas igi
tur troianorum antistes / qui mandatis
diis relictis troianis grecis adherebat

q filia sua habebat briseidam / Rege
Agamenone et alios sollicitate
deprecatur / ut predictam filiam suam
a rege priamo si placet expostulat /
ut eam restituat / ~~pateri~~ anti
stite multum impugnat asserentes
eum esse nequissimum proditorem
et ideo morte dignum / Set pa
nius ad peticionem grecorum inter
commutacionem regis thoas et an
thenoris briseidam grecis volun
tarie relaxavit / Trengua igitur
ipsa durante hector ad grecorum
castra se contulit / q achilles
libenter inspiciat eum nunquam viderat
eum inermem / et ipsius tentorio
hector ipsorum multorum nobilium
comitiva ad achillem potenter
accedit / Dum vero dicit de aliquibus
multa conferre / Achilles dixit
hectori hec verba / hector hector
gratum est michi q video te inermem
~~pro~~ pro eo q sine armis nunquam
potui te videre / Sed gratius michi esset
si de manu mea mortem festi
nantem subires sicut opto / Ego
enim et multa virtute tua bellandi
sensi tuarum virium potenciam multam
esse / cum eam sensi in mei effusione
cruoris et acerbis ictibus ensis
tui / Et licet de hoc mens animus
sepius anxietur in maiori tamen
anxietate consistit / Dico q pat
roculum meum intimum in morte
dedisti / q non prius me sinat di
ligebam separasti eum a me / q michi
vera dilectio indissolubili affec
tus vinculo copulavit / Set tu
pro certo teneas q antequam elabatur
alius mors patrocli acte vindi
cabitur in te ipso / Ista vero est ut de
manu mea crudeliter moriaris

per sic q eidem Regi
priamo proceres plurimas
obtulerit / Set tamen cum
calcantem

hic loquitur de hectore ipso cum achille

hector

Nota

et eo paratus quod ego pecto cognosco
te i morte meam totaliter aspi
rare. Cui hector i hec verba re
spondit. Domine Achilles si tuam
morte anhelo et te odio habeo
in toto corde meo iuste mi cre
ditum scire te credam ex iusticia non
posse procedere ut eum diligere debeam
qui me persequitur odio capitali
et qui tot mea meos et me
tate gibre strepitu ipugnare
presumpsit. Ex guerra enim amor
procedere numquam potest ut ex odio dilectio
caritatis, amor enim ex dulci ani
morum concordia dicitur originem
ex odio procedit hostilitas cuius
sapiencie mater est guerra. Et ut me
te volo scire quod me tua verba
non monent, ymmo si hinc ad duos
annos vita comite vigeat ensis
meus spero pecto me tibi in
mee virtutis potencia prevalere
quando plus tibi quam omnes maiores
grecorum exercitus qui contra me con
tinua bella fovent manibus
meis amara morte cadere
licet succumbetis. Scio enim te et
omnes maiores principes grecorum ex
ercitus frequenter maxima concussi
na tale omnes assumere presump
sistis quod eius conspeximus pendere mi
quod quam mortis exadium invenitis
Securus enim sum quod tu primus mor
te vinceris dummodo quod contra me prevalere
valeat ensis tuus. Si te tanta
vigoris audacia hortatur contra
me quod putes in viribus prevalere
fac quod omnes reges grecorum et prin
cipes in hac sincera mente con
senciant et manu teneat i con
cusse quod constituto bello inter
nos duos tantum. Si contingat te
posse devincere me ego et parentes
mei ab hoc et ab aliis regnis
meis curabimus perpetuo exula
re et regna ipsa i grecorum dominio re
linquimus. Faciam enim vos de hoc su
fficienti cautela securos prosuffi
ciente munimine obsidum, et deorum cor
poralia sacramenta, quod si feceris non
tibi soli prodesse poteris verum aliis
qui per belli abstinenciam invenient
cum integritate salutem. Et si me
vincere forte contingat, faciat vo
biscum grecorum exercitus ab hac terra
recedat, et nos in quiete di
mittat ab omni inquietudine libe
ratos. Achilles autem ad verba hec
toris iam totus incaluit, et quasi
madefactus totus in suo irato
sudore bello se offerrente bellum
recepit animosus et iuxta hectorem
appropinquans insinuavit signum gau
dium sibi offert. Et quod hector plus
quam dici potest animo desiderate recepit.
Rex Agamenon miletorum inde locutus
cum audito tumultu, cum multis
grecorum regibus ad Achillis tentoria
properaverunt. Ubi facta statim maiorum
congregacione grecorum omnes unaniter
contradicunt nolentes id ratum
habere, ad quod Achilles se contulit in
consulte. Non enim placet eis se nolle
insidiis fortune submittere, ut ab
uno inconsulto tot regum et principum
pendeat mors et vita. Sic etiam
in ex eorum parte ne id fiat expresso
dissensu recusat, excepto rege pa
mo, qui tali casui se submittere
placet sibi, ex eo quod vires et pote
ciam hectoris bene novit. Cum finale
minus erit debemus tali victoria

militis

militis gloriari / Sed quia tantorum
compensibus quorum intrarat non po
tuit durare duorum belli dissensu
/ cum certis et securitatibus / et sic hector
a grecis obtenta licencia in troia
redijt et intravit ciuitatem / troilus
vero postquam agnouit decreuisse patris
procedere voluntate / de briseida re
laxanda / et restituenda grecis quam
multo amoris ardore iuuenilis
diligebat nimio calore ductus
amoris in desiderati virtute ignee
voluntatis multo dolore deprimitur
et torquetur / funditus quod totus in lac
rimis anxios suspirijs et lamentis
non est qui eum et causas eius uale
at consolari / briseida vero tilium
non minoris amoris ardore dili
gere videbatur in minus innotes
querulas prodit suos dolores / cum
tota sit in fluminalibus lacrimis ma
defacta / sit continuis aquosis imbri
bus ab oculorum suorum fonte flu
entibus veste sua / facie et pectus
aspersit / quod eius vestes tanto erant
lacrimarum perfuse liquore / vt si per
mentis alicuius manibus stringetur
aquarum multitudine / fluxerunt in terram
/ unguibus etiam suis sua tenerrima
ora dilacerat / et aureos crines
suos / a lege ligaminis absolutos
a suo capitis cute diuellit et dum
rigidis unguibus suas maxillas
exaggerat / rubeo cruore perditas / la
cerata lilia lacrimis rosis in misce
ri similitudinarie videbat / Que dum
cogitat de sua separacione a dilecto
suo tilo sepius intermoritur / intra bra
chia eum volencium sustinere dicens
se malle mortem appetere quam vita

post ex quo eam ab eo separatam esse
necesse est / actenus vita uite sue sol
lacia deperdebat / Noctis igitur super
ueniente caligine tilus secretius
ad briseida eam sibilis mortis la
crimis / ut attamen debeat temperare
dolorem / Et dum sic eam solari troilus
anhelat / briseida inter brachia
tili labitur sepius semimua / quia
inter dulcia basia lacrimis irro
rata flebilibus ad vires suas sor
sus / eam nocte reducere conatus
sepius / Sed diei hora quod superue
niente uicina / troilus a brisei
da in multis doloribus et anxieta
tibus discessit / et eam relicta ad
suum pallacium regium properavit / Sed
o tile que tam te iuuenilis coegit
errare crudelitas / ut briseide la
crimis crederes et eius blandicijs
caperis / Sane omnibus mulieribus
consistit a natura / ut in eis non sit ali
qua firma constancia / quarum si vnus
aliquis lacrimat / ridet alius eius
oculus extrinsecus / quam mobilitas et
varietas / eas ad illudendos vi
ros semper inducit / et cum magis a
moris iniur ostendit statim sollicita
ta palam amoris sui demiratoris
instabilitate repete narrat et con
mutat / et si forte nullus solli
citatorem earum appareat / ipsum ipsa ubi
dum incedit / uel dum uagatur sepius
in fenestris / uel dum residet in pla
teis furtiuis aspectibus clandesti
ne sibi querit / nulla spes quod est ve
ra tam fallax quam ea que in mulie
ribus residet et perdit ab eis /
Vnde fatuus ille iuuenis multo
censeri potest / et multo forcius etate
prouectus qui in earum blandicijs se
de gerit / et in earum demiracionibus

Hic Briseida filia Calcatis coniungit
prez et prodicione contra gentes

sic fallacibus se committit. Briseida
igitur de mandato regis Priami in
magno apparatu se accingit ad iter
in qua Troilus et multi nobiles Tro-
ianis per magnum vie spacium co-
mearunt. Greci vero contra venientibus ad
recipiendum eam. Troilus et Troiani
redeunt et Greci eam in suo recipiunt
comeatu. Inter quos dum esset Dyo-
medes et illam inspexisset inflamma-
tus statim venerea ardoris exarsit. Et
eam vehementi desiderio concu-
piuit. Qui collateralis associando
Briseidam cum ipsa equitaret cum
eam sui ardoris flammam continere
non valens Briseide revelat sui
estuantis cordis amorem, quam
multis affectuosis sermonibus et bla-
diciis cum promissionibus venera
magnificis allicere satis studuit et
conatus. Set Briseida in principiis
suis moribus ut mulierum est
moris suum prestare recusavit
assensum, nec tamen passa est quin post
multa Dyomedis verba ipsum no-
lens asperitate sua devitare humilibus
verbis dixit: Amoris tui obla-
tiones ad presens nec repudio nec
admitto, cum cor meum non sit ita
dispositum quod tibi possit aliter respondere.
Ad cuius verba statim Dyomedes
fortior et letior cum ex eis perpen-
dit de spe gaudendi de ea se non esse
se frustratum in totum. Qui associavit
eam usque quo Briseida recipere se
debebat et ea perveniente ipsam
eam ab equo descendere reverenter
adiuvit et unam de cerothecis
quas ipsa gestabat in manu
ab ea nullo percipiente furtive

subtraxit. Set cum ipsa postea persensit pla-
cidum furtum dissimulavit amantis. Tunc
antistes Calcas in filie occursum adve-
nit et eam in vultu et animo satis ilari
inter suorum tectorum recepit. Et Dyome-
des amore Briseide licet nimium
fluctuaret, tamen amor et spes eum in
multo labore sui cordis inpugnat.
Briseida vero sola existens cum antisti-
te patre suo ipsum die verbis aggre-
ditur in lacrimarum multitudine di-
cens ei: quomodo pater carissime infatua-
tus extitit sensus tuus, qui tanta
semper consueverit sapientia ut tu qui
tanta inter Troianos magnificus exti-
tisses et elatus, cum fuisses fere
eorum dominus tamquam et solus eorum
omnibus gubernator, quod tantis inter
eos diviciis habundabas, tantorum pos-
sessionum multiplicitate suffultus.
Eorum nunc factus es proditor, tuam
negasti patriam cuius esse defen-
sor omnibus debuisti. Et nunc ele-
gisti tibi melius placere abun-
dando pridem in paupertate et exi-
lio vivere, et spatium inter capita-
les tue patrie inimicos, qui ad
delendum tuos et tuam patriam sic
hostiliter accesserunt. O quanta inter
homines labe confunderis, pudor,
qui tam gloriose a tuis consue-
veras honorari. Nunc autem a te
tanta dedecoris detegetur infamia
quanta et infamie turpitudinis igno-
minia denigraris. Inputaris sicut inter
vivos vituperatus existis, quod etiam
post mortem tuam apud inferos
ob tante proditionis culpam non
lugeas penas dignas. Michi
ergo tibi esse et etiam nobis tuis
aliquis locus solitudinis et deserti

vel in nemoribus deviis vel in aliqua in-
sula longe ab incolis deducere incolam
virginem quam inter homines tanta labe
ingesta diffamatam Cum putas quod grecia
reputet te fidelem qui es tue pa-
trie publicus infidelis Sane de-
cepit te apollinis falsa respon-
sa a quo te dicis suscepisse man-
datum ut tuos proprios lares de-
sereres et tuos in tanta abitate
penates et ut sis tuis specialiter
hostibus adhereres Sane non sunt
deus apollo sed potius presto fuit
in cortina infernalium furiarum a
quibus responsa talia suscepisti Et
hec briseida multis deuicta sin-
gultibus lacrimarum suo flebili collo-
quio finem fecit Cui calcas sub
quadam verborum breuitate sic re-
spondit Dixit enim ei O dulcis filia an
tutum esse reputas aut securum
missa deorum sponte et spacium ea
non sequi in quibus possum cum integ-
ritate saluari Scio enim pro certo per
infallibilium promissa deorum presci-
encia pretendi non posse tempore di-
utino et quod ciuitas troie bre-
ui tempore destruatur et ruat destrue-
tis eius omnibus nobilibus et ple-
bibus uniuersis eius in ore gla-
dii trucidatis Ergo karissima filia me-
lius est satius nobis hic esse
quam hostili gladio semetipsum perire
In aduentu igitur briseide grecis
placuit uniuersis briseide tamen for-
mosius aspectus cui adeuns tam
placida visione omnes maiores
grecorum exercitus accessisset gratiis
ab ea detiama ciuitate rumores

et eius ciuium condicia nec non
et regis eorum quos briseida in multorum
verborum facundia pandit illis
quare omnes maiores ipsam filia-
li affectione recepit promittentes
ei eam habere caram ut filiam et in
omnibus honorare et eis ab ea
recedentibus multis donis et mu-
neribus replent eam Nondum dies
illa ad horas declinauerat vesper-
nas cum iam briseida suas recentes
mutauerat voluntates et vetera
proposita sui cordis et iam magis
sibi succedit ad notum esse cum
grecis quam fuisse hactenus cum tro-
ianis Iam nobilis troili amor
cepit in sua mente tepescere ita
breui hora repente sic subito
facta volubilis ex patriis moribus
variare Quid est ergo quod dicitur de con-
stancia mulierum quarum sexus proprium
esse habet ut oculi repentina fra-
gilitate proposita dissoluat et in
hora breuissima variat non enim
credit aliquis varietates et do-
los earum posse describere cum magis
quam dici potest sit earum volubilia pro-
posita negmora ~~Liber vice~~

~~Liber vicesimus de septimo~~
~~bello Troia~~ Finis

Post igitur tam mensium cunctas
indutias adueniente die
septima troiani se accingunt ad
bellum et ordinatis troianorum
per hectorem aciebus ipse hector cum
aciebus ipsis ad bella exiuit ~~duces~~
duces secum xv milia militum
quos sic deputauerat tamen ad
aciei que cum aliis x milibus
militum et troilus illico mi[s]ceatur

[Margin note, left column: dit Al / filie]

Deinde paris civitate egreditur
exeuntibus secum viris pugnatoribus iar-
culis et sagittis Deinde deiphe-
bus exiuit cum aliis tribus mi-
libus pugnatorum Deinde Eneas
cum aliis tribus partis ad pugnam
exiuit qui omnes tunc fuerunt
excepto thimore .C. milia militum
pugnatorum strenuorum in multa
virtute bellandi prout dares in
codice suo scribit Excepto hec e contra
accessit ad bella Rex mene-
laus primus cum vii milibus pug-
natorum et deinde pr(?) cum totidem
dyomedes Deinde Achilles
cum totidem Deinde Xantipus cum
tribus milibus militum continua
Deinde Rex Agamenon cum multi-
tudine magna nimis Regestis(?)
autem Rex philis cum acie sua
primus troianos agreditur cui sta-
tim hector venit obvius in
civitate quod sic potenter sue lancee
percussit ictum quod ipsum mortuum
prostravit ab equo De morte — Moritur Rex philis
igitur Regis philis clamor fit ma-
ximus bellum letale committitur
ex quo sequitur magna strages
Excepto non grecorum cum Rex xantipus qui
accessisset cum Rege philis volens
sui mortem amici vindicare
multos troianos interficit hecto-
rem respexit ipsum invadit Et hec-
tor commotus ira sic ipsum inva-
sit sic ipsum fortiter vulneravit quod
ad terram dilabitur interfectus tunc greci — Moritur xantipus Rex
de morte xantipi viribus vires
accumulant troianos fortiter opprimunt
et multos grecos interficiunt Et A-
chilles qui eos multum deprimit

multos grecis nobiles interemit
inter quos duces Laucaon et Eufor-
bium multa strenuitate conspicuos
interfecit qui in troie subsidium et — Moritur La... et Eufor...
eius venisset auxilium ad bellum
viriliter anhelabat hector autem
illo die fuit in acie vulneratus igi-
tur a quo a nullo vulnere in mensa
et copiosa sagittis materia deflue-
bat propter quod troianum civitatem re-
trocedere sunt coacti Et hector tunc
elevatis oculis ad muros civita-
tis direxit intuitum vidit helenam
(?) et eius uxorem et sorores
suas stantes in muris intuentes partes
prelia contemplantes et iam greci citum tro-
ianos repulerant quod eos reduxerant
iuxta troie menia civitatis propter
quod hector multum erubuit et ideo
in furore pudoris accensus in Regem
menonem irruit consobrinum Achillis
quem sic percussit fortiter ense nudo in eius
casside annulatis ictibus feriendo quod
in fortis viribus disrumpit circulos in cas-
side facta scissura Per quam hector
ensis pervenit ad cutem et eius ca-
pitis ossa confringens sibi letale vulnus
inflixit sic quod Rex meno mor-
tuus expiravit Quod cum vidit A- — Moritur Rex ...
chilles accepta quadam lancea valde
grossa in hectorem irruit sic quod ipsum
penes loricam offendit Nec tamen ipsum
a sella removit hector autem achil-
lem aggreditur ense nudo casside
eius mollem(?) impugnat disrumpit
cassidem et ensis dilabitur sic quod di-
lacerat multorum lorice squamas
affixas et tamen eius carnes vel eius
intima non leserat Nec enim Achil-
les ad tam graves ictus potuit se

tanta firmitate tenere quod tremebundus
non nutaret in equo / Cui illico di-
xit hector / Achilles achilles multa
miseris aduersum me / Set tu pro-
ximum accessum gressus adigneris
ut sine dubio adhuc exitum mor-
tis accedas / Achilles igitur dum nol-
let ad verba hectoris relacione
mutua respondere / Ecce superuenit
troilus cum maxima multitudine
pugnancium / qui factus medius
inter hectorem et achillem ipsos ab
inuicem separauit / cupiens tamen achillem
offendere et grecos precipiti dare
fuge / Sic quod tunc ex grecis plures
quam quingenti ore gladii perierunt
/ cuius rei causa greci retrocedere
sunt coacti / Ad hec autem ad grecorum
succursus superuenit menelaus in
comitiua tamen multorum armatorum qui
bello se ingerit / Nisi quod grecorum recupa-
re capud in nimium eorum audacia pre-
supperunt / Set ex parte troianorum
superuenit rex Odemon / cum acie
gentis sue regem menelaum
irruit ipsum ab equo deiecit et
in facie vulnerauit / Ciues quoque et
rex odemon conatur intercipere me-
nelaum illum capiunt et eum captum
ad ciuitatem ducere voluerunt / Set
in predictis turmis tumultuose
bellancium ipsum longe a bello tunc se-
de minime potuit / Tunc enim ille
dyomedes superuenit bellicosus
multa gente suffultus / qui repen-
te in troilum irruit / ipsum ab equo
strauit ab eo auferens equum suum
quem preciosum suum specialem / ad bri-
seidam destinauit / mandans

iexemu

nuncio suo predicto ut briseide nun-
ciet equum ipsum eius troili fuisse
dilecti / a quo troilum ipse deiecit in
suorum bellicosa fortitudine brachi-
orum / et eam precatur humiliter ut dyome-
dem suum a sua memoria non repel-
lat / Nuncius igitur statim cum prelibatis
equi dono / ad briseidam festinauit
retulerit equum suum sibi obtulit
a dyomede transmissum / et verba que
sibi dixerat dyomedes fideliter
narrat illi / briseida non recce-
pit hilariter equum ipsum et ipsi
nuncio dixit hec verba / Dic
precatore domino tuo / quod illum odio habere
non possum qui me tanta amplitudine
te sui cordis affectat / Sic nuncius
recedit ab ipsa et ad dominum pro-
perauit adhuc conflictu belli du-
rante / Exhilarauit quoque dyomedes
ad verba nuncii inter acies bellico-
sas troianis insistentibus contra
grecos troiani grecos vertunt in
fugam et eos usque ad eorum tentoria
ore gladii prosequuntur / et nisi tunc
agamenon grecis succurrisset a bella-
tium plenitudine multa nimis
greci fuissent tunc omnino deuicti
et totum prelium finaliter amisissent
Instaurato quoque bellum durissimum
inter eos / greci tempus recuperant
troiani uero retrocedunt / Set po-
lidamas tunc cepit cum pugna-
cium multitudine glomerosa sue
turbes in magna fortitudine troia-
nis / quos iam greci usque ad eorum
fossata in armata manu impu-
lerat violenter / Dyomedes vero
dum polidamam in grecos sic viole-
ter insspiciat irruentem in polidamam

irruit satagens ipsum letaliter vul
nare offendere in viribus sue te
se lancee ferientis / Sed polidimas
se dyomedi impulit virtuose
quod et dyomedem et suum equum de
iecit et icalauit acriter iterum i
tu dyomedes quamuis fuit lesus
polidimas vero dyomedis eum
a sua prostratione resurgentem
suas incipit phenas et tro
illo pedestri bellanti putat / Isto
troilus festinat ascendit / Ex ti
limum tunc festinat achilles in
vadit / quod troilus sua virtute
suscepit et viliter irruit in achil
lem sic quod achille ab equo deie
cit / et ipsum vulnerauit / Achilles
aut in suo casu precipiti stupe
factus / in curas dictati ictus leta
fera lesione cum maxima celeri
tate surrexit equum conatur
ascendere / Ex troiam viliter
ei resistunt / Tunc hector a locu
alio accessit / et ut scribit dares

Hic iterum hector mille milites interfecit

tunc hector fere mille milites
interfecit / qui achille offendere
intebat / adeo quod achilles tunc sic
quamuis fuit oppressus quod eo multa
fatigatione lassato sibi vix erat
defendendi facultas / qui tunc
captiuus indubitabiliter extitisset
nisi thelamon et dux athe
narum ea celeriter extitisset qui
achille equum ascendere / cum
multo labore fecerunt / Superue
niente igitur noctis crepusculo non
fuit tunc amplius preliatum / et utrique
pars bellancium bello ipso diuiso in
sua presidia se recepit / Per quinta
aut dies aut fuit pugnatum
propter quod utriusque parte multi fuerunt cesi
Et plures ex utraque / De filiis vero
naturalibus Regis priami infra dies
illos sex interfecti fuerunt et hector
iterum in facie vulneratus / Ex Rex
priamus Regi agamenoni nun
cios suos mittit vi mensium tren
garum petit inducias que sibi
concesse fuerunt trenga firmata

Liber vicesimus primus de octa
uo bello et de morte hectoris et ca

Firmatis igitur vi mensium
induciis dictis ad trenga
infra hos sibi hector desinens
vulneribus medetur iacens tunc in
aula pulcritudinis nobilis hili
on / De cuius mirabilibus scribit da
res / dixit enim ea fuisse totaliter
instituta de xii lapidibus ala
bastri / cum et ipsa esset longitudinis
passuum vere xx cuius pauimen
tum fuisse dixit de cristallo fina
tum et pieres eius pariter merusta
tos ex diuersis lapidibus preciosis
cum quatuor angulis quatuor
columpne de ebore erant / pro
ceritati affixe sic erant eius ge
nis capitella sic et bases ipsarum
In summitate vero columpnarum ipsarum
erant extense de auro iiii ymagines
magines collocate / mirabili
arte mechanica institute / De quibus
dares et earum effectibus multa de
scribit que magis sunt instar
ranim sepeliuiarum sollicitudinem
vitare licet dictus dares fuit
professus ea vera fuisse / et ideo
de eis omissum est in hac parte
Interim Rex priamus naturales filios
mortuos fecit inter alios fratres
eorum sepelire honorifice secundum eorum
angulis semota sepulturam

nimium speciosa. Diomedes vero qui
totus erat in amore briseide ta-
lescens quid faciat ignorat et eius
animus ut moris est amancium de-
sideratum amantes eorum quas habe-
re non possunt. Dum sic fundatur totus in ci-
bo et potu male vesci deside-
rat et dum vigiliis continuis
maceretur ipso languore sui doloris
saepius videre briseidam saepe ac-
cedit et eam supplex orat ut
sibi condescendat in multitudine lac-
marum. Sed illa que multum inge-
bat sagacitate astucia ipsi Dio-
medi sagacibus machinacionibus
differre conatur ut ipsum afflictum
amoris incendio magis affligat
et eius amoris vehemenciam
in maioris ardoris augmentum
extollat. Verum sua calliditate se
nolle non et velle in expectacio-
nis fiducia conatur ponere Dio-
medi. Elapsis igitur mensibus
sex datis ad treugam duodecim
diebus sequentibus continue fuit pug-
natum infra quos multi de no-
bilibus utriusque partibus interfecti fuerunt
cum tunc in fervencius estatis nimium
invalescente calore. Magna
mortalitas grecos incepit de-
terere in campo. Quare Agamenon
a rege priamo contreuga xxx
dierum indutias postulavit
quas rex priamus concessit ei-
dem. Elapsis vero xxx diebus partes
utrique preparantur ad bellum. Verum
ea nocte qua erat primo dies
belli futurus post predictas deci-
sas indutias Andromata v-
xor hectoris de qua hector
iam susceperat duos filios

unum nomine Laumedonta et alium
nomine Astionatum qui in dorso ad-
huc primo a nutricis ubere de-
pendebat. De predicto hectore vidit
in sompnis terribilem visionem quod si hec-
tor eo die egrederetur ad bellum
evadere non posset quin interficeretur
in ipso. Andromata igitur ex tali
visione perterrita femineles pro-
rupit in lacrimas et ausa est
eadem nocte in loco ubi iacebat
cum hectore illa sibi pandere
visionem. Prius itaque precibus ipsum
precatur in lacrimis ut sensum visio-
nis attendat et ad prelium ire non
presumat ea die. Hector vero ad
uxoris verba nimium indignatus
uxorem increpat et eam in
multa acerbitate castigat asse-
rens non esse sapientis vanitatibus
credere sompniorum que sompniantes
illudunt. Mane autem facto diluculo
Andromata regi priamo et hec-
cube narrat et pandit sue ora-
culum visionis humiliter rogans eos
ut hectorem eo die ad bellum
aliquatenus exire non permittant.
Mane igitur ipso facto acies
troianorum per hectorem ordinate
troilus ad bellum primus egre-
ditur. Deinde paris. Deinde Ene-
as subsequitur. Polidamas. Rex
Sarpedon. Deinde rex Epi-
strophus. Deinde rex Ercois
et rex Forcius et rex philime-
nis. Deinde ceteri reges qui in
troie subsidium advenerunt. Rex
autem priamus cum predictis regibus
et aciebus eorum licenciam tribuit ad
prelium exeundi. Cum iam quasi exivisset
a castris ad bellum et hector ma-

hic Adromata
vxor hectoris am-
monet hectorem ne
veniret eadem die ad
bellum

dauit expresse ut eo die non debe
ret se bello immiscere. Hector uero
totus postea exarsit in ira propter
quod multas iniurias et exprobra
tiones uxori sue dixit, pro qua
ad suggestionem eius consensit esse
tractatum ne ad bellum exiret, sed
mandato patris omisso arma pe
cijt a famulis, ea famuli sibi
tradunt, armatus exiuit. Sed cum hoc
vidit Andromata eius uxor
multo dolore commota cum paruulo
filio suo quem gerebat in brachijs cum
multitudine lacrimarum se eius pro
sternit ad pedes, et multiplicatis sin
gultibus pre dolore humiliter suppli
cauit eidem ut arma ipsa de
ponat, et dum Hector acquiescere
denegat, Andromata sepius con
moritur ante pedes ipsius dicens:
si mei denegas misereri, misere
aris saltem huius paruuli nati tui
ne mater ipsius et filius tuus ipsi
amara morte depereant aut
per mundum exules paupertate ni
mia et maxima verecundia depri
mantur. Regina autem Hecuba
mater ipsius, Cassandra et Polixe
na sorores eius et Helena
prostrate ante pedes eius in lacrimis
ipsum rogant ut depositis ipsis
armis tutus in sua regia commo
retur. At ille earum non monetur
ad lacrimas nec ad preces. Armatus
igitur a palacio suo descendit, equum
ascendit, dum ire ad bellum contendit
cursu festino. Sed dum Androma
ca facta ex multo dolore velut
mente capta ad regem Priamum scissis
vestibus, laceratis genis et sparsis
sine lege capillis exclamans

accessit. Sic enim faciem suam vol
ens lacerauit sanguine undique flu
ente, quod vix agnosci potuit a no
tis suis, et se ante regis pedes in
multo dolore prosternens ipsum monuit
et lacrimose supplicauit ut ad Hectorem
festinus acceleret et ipsum ad pal
lacium reuocet et reducat ante
quam immiscere se bello contingat. Rex
igitur Priamus nulla mora ~~protracta~~
tracta, equum ascendit, festino in
sequitur, qui antequam septimum elon
gasset peruenit ad eum et eius equi
habenam velut irato animo intercep
ta Hectorem monuit et rogat in la
crimis, et per numina deorum ipsum
adiurat ut redeat et bellum
non procedat. Qui demum multa con
tradictione iussum patris obtemperans
rediit invitus et in palacium suum
ascendit, nec tamen arma quibus erat
indutus deponere curauit. Bel
lum interim letale committitur. Dio
medes et Troilus in bello conueni
unt, ambo in equorum suorum cursibus
sequuntur, impetuunt in duris ictibus
lancearum, et indubitanter unus alter
alterum peremisset, nisi quod Menelaus
cum sua acie peruenit ad illos, qui
certamen amborum inuicem separauit.
Menelaus autem in regem Misenum,
regem Frisie, irruit quem prostratum
deiecit ab equo. Greci vero re
gem Misenum capiunt, et captum as
portare nituntur, nisi tunc velociter
occurrisset Eneas qui in suis viribus
et sue potentia acies regem Frisie
ne captum abducerent viriliter de
fendit. Greci uero videntes quod eum
captiuum ducere non poterant, pro
curauit sibi incidere caput. Sed

tunc superuenit ille fortissimus troilus
qui multos pene interfecit ex grecis
ipsum ab eorum manibus liberauit Tunc
thelamonius aiax cum turbis multis
pugnancium bellum intrauit et polidi-
mam inuenit ipsumque prostrauit ab e-
quo Sed troilus festinus occurrit
qui polidimam equum suum fecit
ascendere multo labore depressum
Tunc paris bellum intrauit et ex
parte grecorum achilles qui cum suis
sicut poterat inuenit troianos quod
greci in uirtute achillis troianos
uerterunt in fugam et dare terga etiam
sunt coacti et in ciuitatem se recipere
festinabant Interim dum marga-
riton unus ex filiis naturalibus
regis priami intrare conaretur
Achilles dum ille sibi uiriliter insta-
tisset achilles interfecit eundem
Tunc clamor fit maximus de
Mors margariton — morte margariton crudeliter
interfecti thelamonius autem troia-
nos potenter insequitur Sed paris
eos uiriliter defendit unde et alii
filii priami naturales non tamen in
tantum in uiribus preualuerunt eorum quin
coacti troianam precipiti fuga ciui-
tatem intrassent eorum et corpus
margariton ad ciuitatem mor-
tuum detulerunt quod ut mortuum
hector audiuit multo dolore tor-
quetur diligenter inquirit quis eum
interfecerit quod achillem fuisse rela-
tum est ei Tunc hector quasi furibun-
dus ira ligata casside absque
regis priami iussu bellum ingreditur
et statim in furore duos suos mag-
Mort Eropilus — nos duces interfecit Eropilum
hesidus — scilicet et ducem hesidum grecos deinde

uiriliter impetit diruit sauciat et
occidit quod greci illico cognouerunt
in letalibus ictibus ensis sui acie
eius aufugiunt grecos inuadit et
eos potenter expugnat Greci
uero polidimam ceperunt et captum
educere conabantur a bello Sed hector
ipsum liberat qui ducentis cum suis
uiribus interficit quod dum inspexisset
quidam grecorum maximus admira-
tus nomine leothides in hectorem
irruit ne captiuitati traderet eum Sed
hector totus extra se ex ira
in ipsum irruit et in furore ire sue
interfecit eundem Achilles uero ut
uidit hectorem tot nobiles grecorum
et infinitos alios sic morti
uelociter tradidisse suo concepit ex
animo quod nisi eum uelociter morti tra-
deret numquam greci aduersus troianos
poterunt preualere diligenter ster-
tatus et in sue mentis archano
qualiter retineri uoluntatem eius
ualerem perficere et complere et dum
meditaretur achilles diligenter
in hiis et Polixenes dux qui
ob achillis amorem in grecorum sub-
sidium se contulerat Sed priamus etiam
preter sororem achillis in uxorem
duceret quia ut in superioribus di-
ualde diues aduenerat Dum
inter turmas hectori obuiasset
hector ipsum irruens interfecit eun- — Moritur politenes
dem achille uidente Achilles
autem furibundus in hectorem irruit
uindicare politenes necem intendens
Sed hector quoddam iaculum cuius
ferrum erat in eius acumine ualde
acutas uibrauit uiriliter in achillem
et dum ipsum percussisset in quinque
ne sibi uulnus infixit Achilles
autem a bello uulneratus egreditur

Sed uulnere sibi ligato redit ad bellum, eo proposito quod hectorem morti traderet, etiam si eum mori contingeret. Hector uero interim in regem quendam grecorum irruit, ipsum cepit, et captum conabatur ipsum a turmis extrahere, scuto suo sibi post terga reiecto, ut facilius ipsum regem a turmis eripere potuisset; quare pectus suum discoopertum tunc gerebat in bellis, scuti sui defensione priuatum. Quod achilles cum persensit, non aduertente hectore eius subitum aggressum, uelociter in hectorem irruit, ipsum letaliter uulnerauit hectorem, sic quod eum mortuum deiecit ab equo. Rex uero Odemo statim ut uidit hectorem mortuum, achillem aggreditur, ipsum ab equo deiecit et letaliter uulnerauit, sic quod sui mirmidones quasi mortuum ad sua tentoria duxerunt. Insultu troiani uero qui deuicti capitaneum perdiderunt ciuitatem intrant, in qua corpus hectoris mortuum grecis non resistentibus detulerunt.

Moritur hector

Liber uicesimus secundus De sepultura hectoris et de palamidis imperio exercitu grecorum assumente

Mortuo igitur hectore, ciuitate troie eius corpore introducto, ploratus fuit maximus uniuersaliter inter ciues, eo quod aliquis tamen quin non maluisset filium suum morti tradere pro uita hectoris, cui hoc fata uel dii per eorum notis salubriter statuissent. Mulieres etiam troiane tam uirgines quam matrone in earum domibus satis lugubres dies ducunt et in querulis earum clamoribus flebiles produnt uoces suas, dicentes se amodo cum earum filiis et maritis in ciuitate respirare non posse, cum eis hectore deficiente deficeret earum summa securitas que ab insidiis hostium faciebat eas respirare securas. Cum et eas iam hostes solliciti in earum et maritorum earum uenentur insidiis, ut eas et eos interficiant et occidant, uel ut eas et earum liberos perpetue addicant seruituti. Et sic in tanti fletus et doloris angustiis longis diebus continue uacabant. Corpus uero hectoris uniuersi reges et nobiles qui erant in troia ad regis priami regia scissis uestibus et nudatis capitibus in maximo ululatu deferunt et deponunt. Sed postquam uidit priamus, inestimabili dolore tabuit, super corpus hectoris sepius intramortuus, et id sibi per breuia momenta sepius accidisset nisi fuisset sepius a corpore hectoris uiolenter abstractus, et proinde sine dubio sue mortis exicium incurrisset. Sic et dolentes fratres eius, quorum dolor casu uniuersaliter torquebat, cum potius mori quam uiuere penitus affectaret. Quid dicetur igitur de hecuba eius matre, de eius sororibus polixena uidelicet et cassandra, quid de andromacha eius uxore, quas sexus fragilitas ad dolorum angustias et lacrimas fluuiales traxit ad longa querelarum spiritus priores? Tamen lamentaciones earum particularibus explicare sermonibus cum minime necessarium uidelicet, utpote inutiles sunt omisse, cum certum sit apud omnes quod quem hii affectuosius diligebant maiori dolorum aculeis uexabat

Et mulieribus sic instinctu a natura
quod dolores earum non nisi in multipli-
cato clamore propalant. Et ipsius
dolores sermonibus eos divulgent.
Sed quia corpus hectoris cadaver
effectum, status est fragilitatis humane
diu non poterat super terram sine cor-
rupcione servari in multorum consilio
magistrorum rex priamus subtiliter que-
sivit, ubi corpus ipsius absque sepul-
ture clausura sic posset in aspectu ho-
minum semper stare, quod absque aliqua
horribilitate odoris corpus mor-
tuum quasi vivum sentitate videretur. Et
sic est per magistros consilium valde
artificiose dispositum, quod corpus ipsius
mandante priamo in templo apolli-
nis locaretur quod iuxta portam tim-
bream civitatis troie antiquitus fu-
it fundatum. Statuerant enim pre-
dicti magistri iuxta magnum altare
templi ipsius quoddam tabernaculum
constructum spacii condecentis, quod super quatuor
columpnas ex auro purissimo fu-
sibiles regebatur in quarum qualibet colump-
narum firmata erat quedam ymago
aspectu angelica representans ab
ymo usque sursum ex ipsarum colump-
narum substancia sic quod ipse ymagines
in columpnis ipsis et columpne ha-
bentes bases et capitella mira-
bilibus celaturis. Testudo vero ipsius
tabernaculi licet tota fuisset ex
auro, celaturas tamen eius erant
ex lapidibus preciosis cuiuslibet generis
et mirabilis copie quantitate,
quorum splendor claritate et luce
de nocte diem, et de die solis ra-
dios fundere videbat tabernacu-
lum ipsum. Ab infima solis sup-
ficie extitit elevatum, et suppositis

quibusdam gradibus cristallinis per quos
gradus aditum tabernaculum erat a
scendentibus. In excelso vero testudinis ipsius
tabernaculi super culmine predicti magistri
constituerunt quandam auream statuam
similitudinem hectoris designantem huius
ensem nudum in manu tamquam assis-
tens et facies erat exaspera ex-
qua grecorum exercitus iuxta tento-
ria morabatur qui cum eius spe-
cies minas inprimere videbatur.
Corpus vero ipsius hectoris mira-
bilis magistri eorum artifices statue-
runt ipsius solii in medio subnixa
similitudine sedentis. Sic artificiose locatum
ut quasi vivum sederet in sua regali sessione
ipsius indutum vestibus per predium ex-
trema. Apposuerunt enim in eius vertice
quoddam artificiose formatum constitu-
to, quoddam vas plenum puro et pre-
cioso balsamo quibusdam aliis mix-
turis virtute conservationis herbarum
intermixtis cuius balsami et ver-
liquor primo derivabat ad frontem
ambitum per partes intrinsecas. Deinde
ad oculos et nares inde vero deor-
sum descendendo per easdem intrinsecas
perveniebat ad genas per quas
gingive et dentes conservabantur
ipsius. Sic quod tota eius facies cum
suorum multitudine capillorum assidua con-
servatione vigebat. Deinde liquor
ipse perguttur eius et gula descen-
dendo, eius derivabat ad pectus
et possa brachiorum intrinseca pervenie-
ebat ad manus usque ad digitorum
extrema. Sic et liquor ipse descen-
dens per utrumque latus copiose
diffusus lata ipsa conservabat in
statu, ut quasi viva lata videbatur
qui continuis instillacionibus ad conti-
nencias pectoris emanabat et

peas deveniebat ad eandem aquam
continuo cursu perveniebat ad pe-
des. Iuxta vero pedibus erat quoddam
aliud vas balsamo puro plenum
et sic per fistulas cadaver hectoris
quod corpus vivum fictum putabat
in multa durabilitate custodia con-
servatum. Construxerunt predicti sapientes
artifices quatuor lampades ex
auro compositas igne inextinguibi-
lem continentes. Et sic completo opere
tabernaculi ipsius circa ipsius aditum
statuerunt quandam clausuram ex lig-
nis ebani que clausa poterat
esse quandoque et quandoque poterat aperiri
ut corpus hectoris sic locatum
aspicere volentibus apertus pateret
aspectus. Rex igitur priamus in templo
ipso apollinis magna constituit familia
sacerdotum ut continue in deorum ora-
tionibus perpetuitate indefessa vaca-
rent et ipsius tabernaculi continue
custodie invigilarent. assignatis per eum
de rege priamo redditibus copiosis
pro sustentationibus vite predictorum deo
famulancium sacerdotum. Agamenon
autem interim hectore mortuo
et achille ut predictum est letaliter
vulnerato convocatis regibus et ma-
ioribus grecorum exercitus et eis ve-
nientibus coram eo sic ipsos allocutus
est dicens. Amici reges et principes
humiles grates diis nostris debemus
devoto corde referre. quod durum ho-
stem nostrum videlicet hectorem digni
sunt interfici per achillem. Cum hectore
ipso vivente nulla dementiam
nostram potuimus sperare victoriam
qui tot reges nostros sic crude-
liter interemit. et tam ex nostris ma-
ioribus interfecit in pia bellicosa

hic enumerantur reges quos hector
interfecit

virtute regem prothesilaum regem
patroclum regem menonem regem
[illegible] regem philatonem regem
prothenorem regem xantipum regem alpi-
norem regem archilogum regem [illegible]
regem polixenum regem ysidum re-
gem polibetem et regem letolonem
et alios multos nobiles gentis nostre
quod quamdiu viveret sperare troiam
nisi ultimum eorum exterminium. et nos
quod vix sperare debemus. nisi quod de-
us summus absque longi temporis mo-
ra victores. verum quia bellum
aliquam ipse circa victorie nostre non
primi. absque ipsius achillis presencia
virtuosa. bonum esset et utile si no-
bis videtur acceptum ut donec achil-
les infirmis viribus convalescat ad
regem priamum nostros mittamus desti-
natos ut optentis induciis subsi-
stere duorum mensium finitate. cada-
vera mortuorum quorum fetore confun-
dimur valeat interi igne crema-
ri. et ut interim vulnerati nostri ad
sanitatis beneficium reducantur. Et sic
agamenon suo colloquio finem
fecit. Astantes igitur universi consilium
et dictum agamenonis unaliter
comprobant et sic eo faciendum mittunt
quod adhuc legati ad regem priamum
et petite duorum mensium induciae
conceduntur. Inter istas vero inducias
palamides ubique cepit inter
reges grecorum de domino agameno-
nis et cum quadam die dicti reges
in tentorio agamenone convenissent
et palamides sua consueta verba
coram rege agamenone effudisset
agamenon ipsum ad discretionem re-
spondens utpote qui erat in dictis
multa sapientia moderatus et in or-

audita per eum verbis palami-
des sic dixit Amice palami-
des de potestate mei regiminis hu-
cusque in concessa / an putas me
cum multa iocunditate letari
cum ab ipsius principio / ut ea exer-
cere et ea procurarem dari mi-
chi in ipsius prelacione / nulla michi
emolumenta obvenerunt set in meo solum
et persone mee continuas curas
addiderunt et labores / ut reges
et principes et ceteri sub mee guberna-
cione salue in omnibus ducerentur
Et si ea me contigisset potestate ca-
rere potuissem in habunde sufficere
sub alterius ductus regimine / set
quod sufficit et sufficiat / cuilibet aliorum
regum et principum non esse sub
ductu et satis puto me in meo
regimine non peccasse / ut aliquid
dolorem nec gloria amisisse / quod michi
imputari possit ascribi / Tu non in elec-
cione mei regiminis tuus asse-
sus non fuit requisitus mirari non
debes / cum tunc presens in mee elec-
cionis initio non fuisses / et cum
postmodum / ad exercitum accessisses
plus duo anni elapsi fuerant quibus
si tuus expectatus fuisset assensus
adhuc forte in athenarum portu
noster exercitus resideret / et ne forte
putetur quod de hoc meo regimine
sim multum avidus et forsitan
cupiditas quod alius eligatur
in eius successione cuius paratus
sim una cum aliis regibus labo-
rare et cum affectione maxima
consentire / non potes dicere domine pa-
lamides quod exercitus noster sine
tuo consilio duci non valeat cer-
te obstante / et absque tuorum consiliorum

dictamine multa in hoc exercitu
gesta fuerunt que satis salubri-
ter omnibus quibus successerunt Et
cum Agamenon suo colloquio fi-
nem fecisset / eo die de hoc non
fuit ulterius disputatum nec tractatum
Agamenon igitur circa ipsius diei
vesperas per totum exercitum preconia vo-
ce mandavit / ut omnes ipsius ex-
ercitus in mane sequentis diei ad
tentorium ipsius Agamenonis
pro colloquio generali accederent
incessanter Sed cum quod mane facto
universi maiores et ceteri ad collo-
quium accessissent quibus Agamenon
inter eos sic dixit Amici viri
fratres hucusque gessi regiminis vestri
sarcinam sub quo pondere satis
laboriose multiplicatis insudavi
omnes salubres vias mente
sollicita procurando per quas tam
maiores quam ceteri sub mei cura
regiminis ducerentur / Et iam factum
est permissione deorum quod sub mee
gubernacionis cura per multos
felices successus ad portum sa-
lubris status sumus feliciter
iam deducti Et cum equum
sit / ut universitas non debeat
uni tantum incumbere / set equa di-
stribucione ceteros de universitate
onerare / qui tanto onere pocio-
res existunt quietem sub eius o-
nere non perturbat / cum iam tempus
sit me ab ipsius regiminis re-
levare quod super humeros meos
incubuit in cedasse / congruum est
ut aliquem de regibus et principibus
eligamus / qui per debitas vicis-
situdines distribucione facta nos
salubriter regat et dirigat / ac sua dis-

core gubernet. Agamenon
igitur colloquio fine facto placuit
astantibus universis cum honore sit
vicari navale. Fregit de novo duo
consulari / et de nova mutacione
gaudet ut eorum eligat alium gu
bernatorem / et ideo electionis cele
brato scrutinio / Palamidem
eorum elegerunt in ducem regem di
tom exercitu sibi potestate concessa
Inde est quod colloquio dissoluto
universi se ab eorum tentoria redu
xerunt quod postquam achilli de aga
menon mutacione innotuit et
subrogacione palamidis per
referentes innotuit / valde sibi di
splicuit / et irato animo inter
astantes asseruit / quod agamenonis
non fuit necessaria mutacio neque bo
num cum non mai sit filius nec par in dispo
sicione regiminis subrogatus / cum
mutaciones semper fieri debeant
ad commoda meliora. Sed quia
per tot fuerat electio celebrata co
munis tunc in concussa remansit

Liber vicesimus quintus de de structione regis priami et a chille interempto amore polixene

Duobus igitur mensibus datis
ad treugam cum integritate
decursis / Rex priamus cupiens
filii sui mortem ictibus ensium
vindicare ipse de persona sua
omnes acies ordinavit / et con
stitutis ductoribus super eis ipse
personaliter statuit bellum intrare
cum eis .xx. milibus militum in sue
comitivo acieri. Et ut scripsit dares
centum quinquaginta milia equitum
eo die ex parte troianorum ad pugnam
sunt egressa / Egreditur primo deiphe
bus / deinde troilus / deinde paris
deinde rex priamus / et exeunt Eneas
deinde rex menon deinde polidi
mas qui usque ad grecorum acies cum
celeritate festinat. Palamides
vero iam suas acies ordinaverat quam
troianis venerunt in occursu / bellum
letale committitur / ex quo de factie
cum sequitur magna strages. Rex
autem priamus in palamidem irruit
ipsum violenter ab equo prostravit
et eo prostrato dimisso furibunde
se ingerit inter grecos / multos ex g
eis interficit / multos vulnerat et
prostravit multa facit illa die rex
priamus de persona sua que quasi
incredibilia facta sunt ut hominem tante
etatis potuisse talia bellicose si
bi[?] commisisse / Deiphebus non
grecos opprimit incessanter dum
adhuc ex parte troianorum rex Ser
pedon bellum ingreditur / qui in
neptolomum fortissimum grecorum
omnium irruit animose / Sed neptolomus
in equi sui cursu regem excepit
Serpedonem et robusto ictu
sue lancee ab equo prostravit illum
itaque Serpedon prostratus a terra
violenter exurgit / et pedes ut
erat in neptolomum irruit ense
nudo / sicque ipsum percussit potenter
circa femur ipsius quod ei letale vul
nus inflixit. Tunc Rex persarum
cum sua acie bellum intrat et
regem Serpedonem equum fecit
ascendere in aliorum auxilio troia
norum / Sed dux athenarum et me
nelaus in multitudine pugnancium
violenter irruunt / et aciebus eorum un
dique diffusis in medio eorum tro
ianos includunt / regem persarum tunc gr

inspiciunt et in multitudine debella
cum troiani retrocedere compelluntur
Rex p[ri]ams
in defensione quorum rex Sar
pedon multa insignia bellicosa
virtute commisit / ad hoc autem Rex
Priamus cum filiis suis naturalibus
qui ubique sequitur eundem / vir
tuose succurrendo troianis in grecos
furibundus anhelat / eos viliter
opprimit / et in multa strage con
fundit / nullus igitur fuit ex parte
troianorum tam strenuus eo
die / qui tot carnium vidcus (?) co
misisset / quantum Rex Priamus solus
ipse commisit / cui dolor et ira vi
res vindicte subministrat / Et quia
consilio inito eorum locum unde troia
ni potuerant reditum ad eorum civi
tatem habere / in multa militum glo
meratione convenerunt locum ipsum
ab eis omissum occupat / ad quem
dum troiani retrocedentes acce
dere compelluntur in multitudine pug
nantium loci illius transitum obses
sum invenerunt. ubi durissimum
bellum est commissum / Et nisi fuisset
Rex Priamus / qui ex superiori parte
ad locum ipsum pervenit in pugna
cum multitudine glomerosa / innume
rabiles de gente sua tunc crudeli
ter amisissent / Paris autem superveniens
ex transverso / in multa copia gentis in
numerum bellicose / in grecos se ingerit
cum cadem arcubus et sagittis
circulavit grecos prout voluerant
et sepissime morti tradunt / Sic
quod greci sustinere non valentes
ictus letiferos sagittarum ex qui
bus iam multi defecerant ver

tendentes ad eorum tentoria redire
festinant / quos dum troiani inspi
ciunt redeuntes eos insequi nulla
tenus sunt conati / Sed eorum civi
tatem lentis passibus intraverunt
post quam eodem die fuit bellum satis du
rissimum / laus de totius ipsius diei
bello / Regi Priamo totaliter attribu
ta / Sed illucescente mane tro
iani mittunt ad grecos inducias
postulantes treugam petita et po
stulate inducie conceduntur a grecis /
quarum induciarum tempus in libris
non invenitur expressum / Inter has igitur
inducias corpus Regis Pelamenis (?) in
civitate troie flebiliter fuit de
ductum luctus fuit inde ma
ximus / inter omnes et maxime
a paride / qui Regem Pelamenem (?) dile
xerat integro sinceritatis affectu / igitur
per paridem extitit ordinatum
quod corpus Regis ipsius pretiosum
tregium (?) preciose fuit consolidatum
ut Rex ipse sepeliretur ibidem ubi
Reges antecessores ipsius consue
verunt honore regio sepeliri / et
in duorum predicta filiorum qui Reges super
stites erant eius vice dignitatibus
quod ipsius treuge concesse in
duciis in tempus advenerat
in quo in civitate troie / debe
bat defuncti aniversarium hectoris
celebrari ubi troiani consti
tuerunt suari (?) solempniter quindenam
dies luctus / et post eos dies
celebranda quedam festa funeralia
statuerunt. ut tunc Regum et ma
gnorum nobilium gentalium moris
erat / Inter has igitur inducias se
curi greci ad civitatem intrabant
troiani securi se conferebant

ad castra grecorum. Sunt Achillem quedam
inconsultus rapuit appetitus / si troiam
vellet adire visurus urbem et plebe
initate anniversarii supradicti / Sinerminis
igitur ad civitatem se contulit / et apol
linis templum intravit / ubi corpus
hectoris collocatum extitit ut est
supra relatum / Ubi tunc multitudo
virorum et nobilium mulierum axio
pes gentus coram hectoris corpore
pthebat / Erat enim tabernaculum
hectoris ex aperte velatum / sic quod
apertis cunctis liberum illud videre veluti
publicus patebat aspectui / Erat
equidem effigies hectoris in ea qua
litate in qua fuit cum fuerit vivens se
de solii extitit collocatum / Ad hoc
virtus aromatum et liquor bal
sami totum corpus hectoris serva
vat inmutatum / Coram vero eodem
corpore ante pedes ipsius erat re
gina hecuba / et formosa eius
filia polixena inter catervam mulierum
nobilium residentes / que sparsis per
earum pectora et terga capillis fle
biles ~~cordis~~ gerentes in multa cor
dis amaritudine abyssos pectori
bus producebant / Nunquam polixena
in tantis angustiarum anxietati
bus sue non mutavat pulcritudi
ne faciei / nunquam color suarum
vividus maxillarum / qui ro
sarum pulcritudine coloravat ge
nas suas propter suum dolorem et angu
stias a sui vigoris innata quali
tate fuerat tunc exhaustus / Na
tivus enim color roseus
labiorum ablatus vel forte lacri
me fluviales abeuntes oculis
decurrentes splendore suorum obfu
scavat oculorum / Sane si rena

videbat / ut eius defluentes lacri
me per maxillas / instar illud pre
videntur here veluti si quis tabulam
recentis eboris in suo lacteo candore
nitentem ex guttis aque lucide
et preclare desuper irroraret / Sic
eius aurea et flava cesaries
in multis dispersa capillis auris si
militudine putabatur ut quasi
non viderentur esse capilli / sed conte
cta auro potius fila / quos dum
polixena manibus ad disrumpen
dum insurgentibus tangi non vi
debat humanis / sed nimia effusi
one lacrimis aspergi / Achilles
igitur ut pollixenam inspexit / et eius
est pulcritudinem contemplatus / vere
suo concepit et animo nunquam se vidisse
puellam vel aliquam aliam mulierem
tanta pulchritudine formatam vir
ginem et ut in eius persona concurreret
ista duo tam generosa nobilitas / et
tam excellens copie pulchritudo
~~Et cum~~ desiderabilia animo intra
Achilles sum defixus intuitu / Sa
gitta cupidinis forte Achillem
subito vulneravit / et ad intiora
precordis cordis eius ipsum mul
to ardore amoris obsessum ba
chari coegit / qui dum in ea fre
quens intuendo sibi ipsi placere
putaret / et leniri eque deside
rium cordis sui / maioris fissure
vulneris se ipsum sibi reddebat
auctorem / qui dum polixene pul
critudinem notat et concupit / deseit
in ipse sua qui ex suo multo a
moris desiderio subitum labitur
in languorem / Et ultra amore
polixene nimium illaqueatus Achilles /
nescit ipse quid faciat / omnibus

alias autem exivit / et sola illa superest sibi cura. Polixena tamen intueri dum potest / propter quod dilatat amplius plagas suas / et sui amoris vulnera magis sui cordis attingit in profundum. Rex cum iam dies declinaret ad vesperas et regina Hecuba cum eius filia Polixena a templo discesserunt lacrimis sine fructu / Achilles dum potuit ipsam cum dulcibus aspectibus insecutus / qui fuerant causa et principium sui mali. Tempestas igitur et multi desiderii languore fessus impaciens / ad hospicium suum declinat / stratum petit et ibi se prostrat / et eo innumerabilium curarum agitacionibus involuto eius animus exacerbatur intrinsecus sentit et percipit quod Polixene amor immensus est causa efficiens sui languoris. Tunc tacito murmure intra se hec verba collidit / Ve michi quia me quem viri fortissimi et robusti vincere minime potuerunt / quod nec eciam ille fortissimus Hector / qui fortissimos omnes excessit unius fragilis puelle devincit / et prostravit intimus / et si ea est causa efficiens mali mei / tamen spiritus medicamenta possim sperare medela / cum ipsa sit que sola michi potest esse medicus et medela / quod non proceres / mee non militarium potencia facultati / non meam virium fortitudo non mea generosa nobilitas movere poterunt ad lubricum pietatis quibus eam fur... sit meum animum occupavit / ut illam diligam et affectem / que me habet odio capitali / cum ego in regnum suum adveniens eam suis orbare parentibus / et iam orbaverim inclito fratre suo / qua igitur fronte ut amantes certi ipsam allicere potero ad motum flexibilis voluntatis / cum ipsa in nobilitate / et divitiarum potencia me remote antecellat / et tanto vigore pulchritudinis vigeat super alias mulieres / quantum omnia eius animi in electione conformat. Sane omnis michi via videtur esse periculosa per quam nec eam in prudencie valeam in salute / et continuus ad present... fundit totus fontibus lacrimis ne aliquis percipiat suos dolores / et demum suas lacrimas abstergendo / eas in suspiria acerba commutat et sic deliberatione multa correptus tacitus in mente sua vias plures exquirit quibus remediis ad spem salutis possit ... pervenire / A strato igitur surgit et a suis familiaribus aqua petita faciem suam lavat et suarum siccat lacrimas abstergit. Liber vicesimus

~~Liber vicesimus tertius de Achille in amore Polixene et bellare nolente~~ inflammatus

Adveniente igitur nocte diei ipsius cum adhuc treuga duraret Achilles suo iacens in lecto / tota nocte stetit insompne / cogitans quomodo ad Hecubam suum dirigeret nuncium in secreto / tractaturum cum ea / ut si eius filia Polixena sibi vellet concedere iugali teda matrimonii collocanda quod eam sibi tribuat in uxorem / ipse

Hic achilles mittit nuncium pro pollixena

faciet et curabit quod totus grecorum ex
ercitus a troiane ciuitatis obsidio
ne discedet et sine troianorum le
sione ad propria reuertetur et sic se
dato quietato absque aliquo alterius
contradictionis euentu / qui ipsius ma
ne aurora surgente quendam suum
secretarium et sibi valde fide
lem velociter valde ad se vocat /
Cui patefactis sui cordis archa
nis / et iniuncto sibi de eorum taci
ta occultacione fidei firmitate man
dat illi / ut ad reginam hecubam
se dirigat secreto / cum dati sibi
forma mandati / qui statim nun
cius domini sui fideliter obsequendo /
se protinus a troia adiit / et ad re
ginam hecubam veniens in secreto /
legacionem domini sui fideliter pandit
illi / Regina vero hecuba que mul
ta discrecione vigebat verbis
ipsius nuncii placido animo intel
lectis / multa suspiria a pectore
resoluens / nuncio sic ad eius ver
ba respondit / Amice ad dominum
tuum redeas / et illi ex parte mea
secure promittas quod quantum in me est
leto animo sum parata vota eius
implere / Set ut res ipsa finem
debitum consequatur necesse est me
voluntatem priami viri mei / et
filii mei paridis explorare
/ super quorum cum fuero certiorata res
ponso / die crastina ad me redire
curabis responsum a me / ut scias
potest receptur(us) / Auditis igitur verbis
hecube redit nuncius ad
achillem / qui nuncii sui audito
responso in suis doloribus respi
rauit achilles autem / verborum spes

exhilarauit eius animum et subiecit
spei fiducia cum priamo regi venerit
/ Regina vero hecuba regi et pa
ridis ~~hilaritate~~ hilaritate cap
tata in secreto / refert illis verba
/ que sibi achilles per nuncium suum
misit / quibus auditis rex priamus
per magna hora inclinato capite
nichil dixit diu huiusmodi cogitan
do super verbis eiusdem / Demum
regine hecube sic respondit
/ durum est animo meo inimicum illum
recipere / qui tanto inimici
cie odio sic grauiter me offendit
/ a bellis meis in lucem crudeliter
hectore interfecto / de cuius morte
contra me super crevit audacia contra
me in meorum exterminium anhe
lantes / set ut deinceps si qua
sint forte futura commoda inter
omnes / ut salui alii mei filii
michi conseruentur incolumes
/ et ut ego in meo solio a bellicis
laboribus conquiescam in tutis assecu
cionis suis / ita tamen ut ipse prius
perficiat quod promittit ne forte
sub aliquo dolositatis machina
mento decipere nos intendat / Paris
vero verbis regis auditis consilia
regis probat / et suum forte sic de
facili commodauit assensum / pro
eo quod inter promissa ipsius achillis
helena coniux sua paridi non erat
restituenda marito / Set penes
eum debet perpetuo remanere / Die
vero tercio succedente achilles ad re
ginam hecubam predictum nuncium suum
misit / qui cum accessisset ad eam in
secreto / Regina hecuba sibi dixit
se a rege priamo rege suo et paride

nato suo / super verbis ab achille
missis huiusmodi responsum / Scripsit quod pla
ceat ambobus et insistit adimplere
votum achillis / si tum ipse primo / sue
promissionis debitum finaliter exe
quatur / Est ergo renuus prout te pre
sentis negocii nolle consequi votum
suum / Sic tum in itium donec res ipsa
perfecta valeat in perfecto et tante gratie
et sit nuncio data licencia redit
ad achillem / cui cuncta que sibi
dixerat hecuba fideliter patefecit /
Achilles autem fructus amoris
nexibus alligatus cum per alia
viam pariter de polixena non
posse satisfacere votis suis / multa
ex agitatus infestacione curarum / Cum
in mente sua anxiose revolvit
se regi priamo quoniam promisisse /
que absolute non erat in sue ple
nitudinis potestatis / Et ei mos est et
proprium omnium vicium amatorum / ut
eorum concupite desiderio estuante
magna et possibilia consulto
sibi talore promittat / Convocat tum
Achilles de suorum consensu consilia
mitorum / et si se amplius grecos in
nare negavit quod greci sibi consciant
de recessu / et quod troie obsidione
desita ad patria remeabunt / Scripsit quod
reges et principes grecorum consentiat
te palamide Achilles ad collo
quium convocavit / Quibus convenientibus
achilles hec verba proposuit inter
eos / Amici reges duces et prin
cipes / Vos omnes qui mecum una
partis graviter sarcina taliter commu
nes principes ipse supportamus
/ Nos tam in consulte deliberationis
spiritus instigavit ut pro homine unius /

honore salvo / Cum menelai uxo
re recuperanda / Videlicet domina he
lena / Dimissis regnis nostris ab ha
bitacionis laribus nostra cum patria uxo
ribus nostris et filiis in terra acces
simus / alienam propter cuius recuperacionem
iam fere nimis prodigaliter tot graves
expensas personas nostras morti
subiecimus et laboribus infinitis
/ Cum iam de nobilibus nostris et mili
tibus fortibus et robustis multi
sint morti traditi / qui forte no
bis tum adhuc hodie in columitate
vigerent / et ego in multis volun
bus iam receptis a me mul
tum mei cruoris amisi / et
non sunt multi dies quod in morte
hectoris recepi tale vulnus
ex quo nunquam amplius me posse
vivere considerabam / Numquid helena tan
ti precii est quod pro eius recuperacione mori
nobiles tot contingat / Sane
sunt in diversis mundi partibus multe
nobiles mulieres / De quibus non tum
unam sed duas pro se ne posset
rex menelaus sibi eligere
in uxorem / Propter quam tot subiro labo
res tota grecia / necesse non esset /
/ Neque enim leve troianos sit
delere posse devinci / cum ipsi for
tissimam habeant Civitatem / et in
finita pugnantium militum et pe
ditum continua / Et cum ex eis fortis
simum hectorem morti dederimus
et nobiles multos ex eis / Possit
nobis annis huiusmodi venia sufficere
ut in honore nostri laude ad patria
~~remeamus~~ redeamus / nunc si dimitte
mus helenam irrecuperatam mul
tum nobis convenideri potest / Cum de troianis

Hic Achilles alloquitur nobiles grecie ut recedant a troia

sorore Regis priami penes nos
habemus exionam / cum helena
in nobilitate pferri non potest / et sic a
chilles colloquio suo fine fecit.
Sed rex thoas et menestheus
dux athenarum in multorum verborum
exprobrationis affluencia contra
dicunt Achilli / Sed maior pars
Regum et principum Achillis con
silio noluit consentire / Unde Achil
les iracundia multa motus
mirmidonibus suis mandat ut
contra troianos arma amplius
non elevent nec grecis presumant
auxilium aliquo exhibere / Interea
quia in grecorum exercitu victualia
defecerunt unde fames inter eos
maxima est exorta / Unde pala
mides consilio celebrato cum omnibus
principibus et maioribus grecorum exercitus
omnes conveniunt in hoc ut aga
menonem regem apud messe
ad Regem thelephum cum navibus
mitterent / et ut navibus ipsis
onustis redeuntibus / cum eorum mag
na victualium quantitate / et aliis
rebus edibilibus / a grecorum exercitu de
pellatur inopia / et quia ipsi magnum
gaudium valeat ubertate / Aga
menon vero iussa sua ductus
gratanter acceptans / apud messe
cum predictis navibus se contulit in
continenti et eodem regno feliciter
applicuit / Rex thelephus aga
menonem cum multa iocundita
te recepit / et demum onustis
navibus ipsis in multa victualium
quantitate / et aliis rebus edibilibus
et ad bonum longum tempus necessariis felici
navigio ad grecorum exercitum remea
vit / ubi in maximo gaudio fuit re
ceptus / Palamides sui regimi
nis cura omnes grecorum na
ves que cum exercitu troiam adve
nerant / instrui et reparari man
davit / ut refectionis suarum ope
posset salubriter gubernari / et singu
las singulorum occurrentibus necessita
tibus / sic paratas Liber vicesimus

Liber vicesimus incipitur de deci
mo bello de morte deiphebi
Regis Sarpedonis et de morte
Palamidis quintum

Induciis igitur datis ad tem
pora / finaliter revoluti ab
exercitus ad bellum conveniunt inter
utrosque / Deiphebus vero tunc in re
gem cresum de agrista irruit ani
mose / quod rex cresus potenter ex
cepit in veloci cursu stilis equi sui
inmissa forti lancea contra eum
Sed deiphebus ictu sue lancee
sic ipsum potenter impulit et percussit
quod regem cresum mortuum prostravit mors r
ab equo / et sic rex cresus fini
vit ultimos dies suos. De morte
igitur Regis cresi multum dehortati
sunt greci et insistentibus troianis
multum contra eos greci sunt dare
coacti ad fugam capites se dede
runt / Sed palamides et diome
des / cum xx milibus pugnatorum
succurrunt grecis / troianis occurrunt
animo et cum eis strenuus thela
monius aiax qui thelamonis
statim irruens in Bisenum valentem
filium Regis Priami / sic ipsum in
brachio sinistro vulneravit / quod ex
tunc fuit factus inhabilis ad bellan
dum / quod ut vidit Deiphebus
totus motus est in furore / i

thelongne tunc irruit furibunde
sic quod ipsum vulneratum ab equo de-
iecit. Quod Palamides aspiciens vin-
dicare accepta quadam lancea in
Deiphebum irruit sicque acriter ipsum
impulit quod fracto scuto lorice sque-
mis in virtute disruptis lanceam
suam in Deiphebi pectus immisit et
lancea ipsa fracta truncus eius fixo
in Deiphebi pectore remansit affi-
xus. Paris autem frater Deiphebi qui
tunc erat in eo bello videt Deiphe-
bum sic letaliter vulneratum et fabo-
re magno suorum et copia laborante
bellicis extrahit a turbe et illum
iuxta Civitatem deferre curavit
ubi postquam fuit delatus Deiphe-
bus apertis oculis suis aspexit
Paridem fratrem suum cui dixit eius
nunquam commiseros (?) desistere me
permittes volui (?) [illegible] ante
quam iste truncus lancei pectore
vulnere evadat (?) eorum interfectorem
meum festinanter accelerans et sic
laboriose parces quod antequam mo-
riar tuis manibus deficiat inter-
fectus. Paris autem verbis fra-
tris vulnerati auditis multa
doloris angustia moribundo fra-
